



Disputationum de medicina noua Philippi Paracelsi pars prima [-quarta et vltima] ...

<https://hdl.handle.net/1874/436968>

ope

3

DISPV TATIONVM
DE NOVA ME= 3
DICINA PHILIPPI PA= 3
RACELSI PARS QVAR= 3
TA ET VLTIMA.

IN QVA EPILEPSIAE, ELEPHANTIASIS
Lepra, Hydropis, Podagre, & Colici doloris vera curandi ratio
demonstratur, & Paracelsica solidissime confutatur.

A^o
THOMA ERASTO, MEDICINÆ
in schola Heidelbergensi Professore.
LEGE, COMPARA, ET IUDICA



BASILEAE,
PER PETRVM PERNAM.
Anno M. D. LXXIII.

DE NOVAM
E

OCINA PHILIPPI PAS

SACRA PARS GAVR

MAZELLA, ESTATE
MAGNETICUM, ET
SACRA PARS GAVR

VIRTVTE, SAPIENTIA, PIE-
TATE ILLVSTRIBVS INCLYTÆ REL
publicæ Vlmensis, DD. Consulib. & Senatoribus,
Viris amplissimis & prudentiss. Dominis suis o-
mni obseruantia colendissimis.



OMPLVRE Sunt cause, Viri amplissimi, propter quas pleriq; omnes lucubrati-
ones suas viris virtute & gloria insignibus
inscribunt. Quippe aliqui hac ratione adi-
tum sibi ad amicitiam eorum, quibus com-
mendati esse cupiunt, parant. Alij cōmeno-
tationibus suis per hunc modum splendorem & commenda-
tionem aucupantur. Sunt qui gratitudinis causa labores
suis illis dedicant, à quibus se beneficijs affectos sentiunt, qui-
busq; se sua debere omnia existimant. Non pauci mecenates
& patronos studiorum suorum per hanc viam querunt. Re-
periuntur etiam, qui prædicare virtutes, illustrioraq; redde-
re studient facta eorum, quorū nomina suis scriptis praesigunt.
Quain resicut opinione sua non frustrantur, quorū excellens
est doctrina, & clarum apud omnes nomen: ita se deridendos
illi omnibus propinant, quorum eruditio vix est mediocreis, &
fama in obscuro latet. Alij deniq; alios sibi fines consimiles, ad
quos respiciunt, proposuere. Me verò quid non impulerit so-
lum, sed etiam perpulerit, ut hanc vobis Antiparacelsicarum
Disputationum partem cōsecrarem, nunc dicam. Biennium
fere effluxit, quando ex D. Bartholomeo Vuolharto Medico
pietate, doctrina & experientia clariss. ea de vestra sapientia,
virtutibus, laudibus & institutis audiui, que in admiratio-
nem amoremq; vestri omnes pertrahere possint. Ceterum ut
reliquas Reipub. à vobis sapientissimè administratæ partes
(que ad presens negotium propriæ non spectant) præteream,
illa mirificè me delectarunt, que de vestra erga medicos sum-
matum benevolentia tum liberalitate prolixè grauiterg; re-

cenjuit. An non verè paterni animi erga subditos argumentum illud est, quod medicos præstantissimos (inter quos honoris causa nomine D. Bartholomeum, cuius nuper mentionem fecimus, & D. Friderichum Fuchsium, clarissimi patris claram filium) stipendijs inuitauistis? quod ad vos pertractatos honoriscentissimè tractatis? quod labores eorum prudentissimè dissipatiuistis? quod deniq; in id sedulo incumbitis, ne vera medicina corruptores Paracelsici, rerumpub. & vite salutisq; nostra pestes pernicioſissima, clam vobis irrepant, cuiusbusq; vestris per fraudem pecuniam una cum vita eripiant? Hac fermè præcipua causa fuit, ut instituti operis mei (quod solius utilitatis publicæ causa suscepit) partem ultimam & fortasse utilissimam vobis, Viri amplissimi & prudentissimi, nuncuparem. Confido enim futurum, ut cum perspexeritis quam falsè & mendaciter Paracelsici legitimam morborum illorum curationē profiteantur, à quorum medicatione præcipue laudari cupiunt, non minore deinceps cura & sedulitate immanes illos carnifices à vestris vestrorumq; ceruicibus sitis depulsiuri. Quod cum impetrauero, satis factum animo meo putabo: & non tam mihi, quam communi patriae nostræ, quæ præcipue hanc pestem hic usq; sensit, gratulabor. Non dubito etiam, quin ex adscriptione nominum vestrorum operi magna sit accessura commendatio: & alij magistratus vestro exemplo moniti pari diligentia aduigilaturi sint, ne posthac pro medicis Paracelsici impostores impunè grassen- tur in vitam atque opes subditorum. Deus Opt. Max. mentes piorum magistratum sancto suo Spiritu illustret, ut salutaria præcipiant, noxia vetent. Amen.

Thomas Erastus
Medicus.

DISPV TATIONVM
DE NOVA MEDICINA PHIL-
LIPPI PARACELSI. PARS
quarta & vltima.

FVRNIVS. ERASTVS.



 V R. Pergratum mihi fuit, quod non nihil ocij tandem concessum tibi intellexi. Vix enim credas, quanto desiderio disputationum Antiparacelsicarum finem expectem: præsertim cum in hac ultima parte explicanda nobis videam, quæ recte medicari volentibus non tantum utilia & necessaria sunt, verum etiam scitu iucunda & pulchra videntur. ER A. Quod postremam hanc partem cur hæc pars tardius prodierit. distuli, partim peregrinationibus, partim occlusionibus altis imputare debes. Sperauit interim fide, ut patronus aliquis surgeret, qui causam Paracelsi contra nos defendere niteretur. Hoc si accidisset, cum tempore propositam nobis telam pertexere, & quæ reæ contexta retexere ille voluisse, aptè tueri & confirmare potuissimus. Quia vero nullus prodit, quod quicunque ego scire adhuc potuerim, præstat nos pensum nostrum tandem absoluere. F V R. Legi non unas ab amicis diuersis scriptas literas, in quibus quosdam grauiter minari scriptū erat. Verum contemsi hactenus, & nunc tam contemno. Qui in animo habent pro Paracelso pugnare, eiusque placita defendere, finem harum disputationum fortasse decreuerint operiri: ut quæ reprehensionē statuerunt, semel accusare omnia possint. Inter racipua defensionis argumenta hoc video tibi obie-

Paracelsi negant nos Paracelsum intelligere.

Etum iri, si non me fallunt, qui ad me scripserunt, te Paracelsica non intelligere. ER. Si quid eorum quæ disputationem falsum est ac noxiū, sanctam rem & Reipub. utilissimam fecerit, qui errorem solidè confutauerit, & tum nos tum alios ab eo liberauerit. Hoc animo cùm nos ad refutanda deliramenta Paracelsi accesserimus, damnare alios, qui eadem voluntate ac studio nostra refellere bonis argumentis conabuntur, neque debebimus, neq; iustè poterimus. Si enim iustè nostra aget, Rempublic. summo beneficio afficiet: & nos vna cum multis alijs proficiemus. Si iniustè aliquid carpet, non minor ex eo quoq; fructus ad nos redibit. Nam & in sententia confirmabimur, & occasio simul præbebatur quædam rectius aut saltem plenius & dilucidius interpretandi. Ad illam obiectionem, qua non intellexisse nos Paracelsum dicitant, satis iam est responsum. Evidem plerunq; locos de re eadem ex diuersis libris eius plures adduximus: ne excidisse quis ebrio, aut ex crapula nondum plenè discussa (quoniam amens omnina propè videatur scripsisse) deliranti, opinetur. Sensit igitur, quod toties in locis ac libris adeò differenteribus eisdem fermè verbis repetiuit. Et quod frustra fingant aliqui ænigmata in talibus, ex eo manifestè liquet, quod in diuersissimis libris, in quib. nec scopus nec materia, nec tractatio, nec doctrina seu res, eadē est, eadem se penumerò asserit. Veruntamen demus eis, quod tantopere videtur cōcupere, nos plurima, imò pleraq; ex his, quæ sigillatim confutauimus (Nam quæ in ænigmate aut figura sic ab eo sunt scripta, ut de sensu eorum ambigere incertumq; hærere me oportuerit, speciatim non reprehendi: quemadmodum nec illa nominatim perstrinxi, quæ barbaris & tartareis vocibus occultar voluit,) non penitus intellexisse. Quid ex hac ad eos redibit concessione commodi? Nihil omnino. Etenim veritas

veritas in re qualibet vnica est: falsitates & mendacia
 eam stipant, obsident, ac cingunt propemodum infinita.
 Hæc qui cognoscere studet omnia, nihilò sapit ma-
 gis, quam si cum ratione insanire velit. Dedi insuper o-
 peram, vt plures vnius rei interpretationes adferrem &
 refellerem: vt quamcunq; probare crederetur, confutata
 intelligeretur. Ergo vel consentit nobis Paracelsus in
 illis rebus, in quibus eum à vera sententia (quam nos
 sequimur, & quam rectam veramq; esse demonstrauimus)
 discessisse ostendimus, vel à nobis & veritate dis-
 sentit. Si hoc affirment, vt maximè ipsius animum asse-
 cuti ex omni parte nō fuerimus, à veritate, quam astru-
 ximus & defendimus, aberrare ipsum nihilominus pro-
 bauius. Sanè dum recto & vero cuilibet falsa infinita vero cuilibet
 opponuntur, sicut iam dicebam, non multum refert, si falsa infinita
 fallitatis illum modum Paracelsi, quo à veritate passim opponuntur.
 defecit, non adeò certò cognouiimus: sed sufficit, quòd
 fallam eum sententiam tueri perspeximus. Si illud al-
 ferant, non pugnare ipsius sententiam cum nostra, hoc
 est cum veritate, quam nos sequimur, triplici nihilomi-
 nus reprehensione dignissimi fuerint. Vna est, quòd
 immetò nouatores seu nouæ medicinæ authores &
 iniuriores videri ac nominari volunt. Altera est, quòd ita
 pta, (à quibus verbis tantùm videri cupiant discorda-
 re) lacerant, vituperat, execrantur. Tertia est, quòd ita
 sua scribunt, vt obscuritatem magno studio quæsisse
 videantur. Etenim non in sententijs modò sunt tene-
 bricosi, verùm etiam verbis nōnullis vtuntur, quæ nul-
 lus vñquam hominum sapiens & bonus usurpauit aut
 intellexit. FVR. Volui aliquoties hac de re agere te-
 cum, & subinde mei oblitus præteruolaui. Puto autem
 consideratione dignum esse, cur, cùm orationis virtus
 summaque perfectio sit perspicuitas, quidam mirificè

obscuritatem & tenebras in ea affectent? Et tanto mirabilius est, quod res exemplo caret apud celebres & verè doctos: illos etiam, qui propter rerum multitudinem breuitati sedulò studuerunt. Etenim quæ in Hippocrate obscura videntur, aut ab alijs inserta sunt eius libris, aut ita saltē scripta sunt, sicut illo, quo scripsit, tempore loqui solebant. In vsu postea quædam nomina esse desij se quis miretur? Aristoteles etiam, quem operari tuit breuem esse, ut tot rebus explicandis sufficeret, claritatem & proprietatem orationis in primis adamauit, obscuritatem semper damnauit. Oratio profecto magnum Dei donum nobis ob id data est, ut alteri alteris animorum cogitationes interpretari, & veluti conspi- ciendas proponere possemus. Nec dubium est, quin illa

Oratio cur data. oratio sit maximè laudabilis, quæ clarissimè animi conceptiones exprimit, ac veluti depingit. Quæ hoc non potest præstare, sermonis aut orationis bona nomen ammisit, neq; plus nobis conductit, quam auium cantus cōfert, qui in sylva oberrans quæ in viam redeat inde cognoscere studet. Non præstaret nihil loqui vel scribere, quam sic loqui aut scribere, ut intellecturus sit

Tacens omnium nemo? Qui intelligi non vult, nunquam certius voluminè intellecti sui cōpos fit, quam cūm prorsus silet. Sæpissimè Galigutur, leni sententiæ recordor sic quodam loco scribentis:

ἀλλ' οὐδὲ ὅταν οἱ αὐθρωποι, παθάπερ νῦν ἀλλα ταῦτα φέρωσιν αὐτάντους, εἴτε καὶ τὸ χαίρειν τοῖς ἀνθρώποις εἰρημένοις, καὶ τοι πάντις, ὡς ερέξεν Θεόματα, τινὲς μὲν οὐ φένειν δέρθησιν εἴναι ἐρμηνείας λέγοσι, τινὲς δὲ σάφειαν κακίαν. Ego me hercule nunquā delectatus sum tenebris ororum scriptorum lectione: ubi plus aliquando laboris & temporis in hoc consumere cogaris, ut verba intelligas, quam ut res verbis significatas percipias. Semper enim malui (quod de se ipso idē scripsit.) ac malle omnes debent, in obscuris sermonibus tempus non terere, cūm tam

P A R S Q U A R T A

5

multa habeamus alia, in quibus vtiliter nos possumus exercere. E R. Et sentis & loqueris recte. Nam nullus vnam extitit homo sanus (quod quidē nos scire poterimus) à mundo condito, qui aliter iudicarit. Sanè reprehenderunt omnes affectatam obscuritatem sermonis, vt insigne vitium. Galenus pulcherrimè hoc ipsum ex natura sermonis declarat, hoc ferè modo. Bonitas & virtus, inquit, cuiusque rei in eo consistit, cuius causa facta est. Exemplo nobis culter sint & calamus. Cūm enim ille sectionis, hic scriptionis causa inuentus sit, meritò dicimus optimum esse cultrum, qui pulcher rimè secet: ac præstantissimum esse calamum, quo quis maximè concinuas efformare possit literas. Quo positio, necessum est, vt orationis quoque perfectionem in sectionem dicamus, cuius causa data est homini. Manus porrò est significandi causa duntaxat excogitatio: vt alijs alijs significare possemus, quod in animalibus nostris conceptum tenemus. In bene significando igitur consistit orationis laus & præstantia. Quæ præterea in oratione aliqui commendant, vt elegantiam, copiam, &c. accidentia quædam eius sunt, non pertinent ad eius essentiam: quemadmodum neque aureum habere capulum virtus est cultri, sed acuties apta sectioni. Ergo si qua oratio nihil significat, tam non erit oratio vocanda, quām non potest tibicen recte nominari, qui gnifieans non tibia canere nescit. Quòd si significet quidem, sed vel est oratio.

*In quo virtus
cuiusq; rei con-
sistat.*

scuritatis. Quamobrem in principio lib. de Potent. nat. præclarè Gal. monuit, sic se nominibus vti velle, quomodo alij omnes vtantur: quia persuasum habeat, summa orationis virtutem esse perspicuitatem: quæ nulla re alia magis corrumpatur, quam in usitatorumocabulorum usurpatione. Idem censuit Aristoteles, cùm in 3. Rhet. sic scripsit: ἀριθμὸς λέξεως δρεπτῆ οὐ φῆ εἴη σημεῖον. οὐδὲν ὁ λόγος εἰς μὴ δηλοῖ, γε τοιοῦτο τὸ ἔστωτε ἔργον. Mox quid orationem dilucidam faciat, non minus dilucidè docet his verbis pauculis. τῶν δὲ ὄνομάτων καὶ ἐργάτων οὐ φῆ μὲν ποιεῖ τὴν λέξιν τὰ κύρια. Et quænam τὰ κύρια voces, paulo post planius exponit, cùm ait. τὸ δὲ κύριον, καὶ τὸ οἰκεῖον, καὶ μεταφορᾶς μόναι χειρόμοιρος πρὸς τὴν τῶν φύλων λόγων λέξιν. σημεῖον δὲ οὐ τούτοις μόνοις τὰ αὗταις χειρόνται. πάντες γέ μεταφορᾶς Διαλέγονται, καὶ τοῖς οἰκείοις καὶ τοῖς κυρίοις. Videimus ex his apertè satis, ad orationis perspicuitatem requiri, primum quidem, ut ex usitatis, tritis, atque usu receptis seu obtinentibus (quæ κύρια vocat Philosophus) nominibus & verbis constet. Deinde ut ex proprijs, domesticis, & consentaneis seu accommodatis rei, de qua efferuntur, qualia oīnēia idem nominat, contexta sit. Etenim quæ talia non sunt, & in ea significacione non ponuntur, in qua alij cuncti usurpare solent, ἀλλότρια nuncupat, cùm in Topicis sic scribit: καὶ οἱ τοῖς ἀλλοτρίοις ὄνομασι τὰ πράγματα τεραστικά τοῖς (οἷοι τὰς τλιτάτανος αὐθερωποι) τρόποις αἰνεῖσθαι περιέντες ὄνοματα. Licet nihilominus in oratione Metaphora quoque ex similibus & cognatis petita vti. Non enim figura qualibet obscuritatem parit, sed quædam, inter quas est Metaphora, (quæ teste Aristotele, in primis habet τὸ κέριον καὶ τὸ ἡδὺ, καὶ τὸ ξενικόν) eandem illustriorem & dilucidiores efficiunt. Patet hoc ex eo, quod in congressibus, ubi soluta oratione colloquuntur homines, & claritati maximè student, frequens est aptè translatorum

*Qua remaxime
mē obscura
fiat oratio.*

*Quid oratio-
nem claram fa-
ciat.*

PARS QVARTA.

7

torum vsus : quod non minus, quam vsitata & propria
clarè ab omnibus intelligantur. Ideò autem ex vsu
tritis vocabulis orationem perspicuam coagmenta-
ti oportet, quia ex pacto conuentoque, non ex natu-
ra, significant. Si natura significarent, æquè ab omni-
bus intelligerentur, vt nuper dicebamus. Quocirca
non potest intelligi oratio, quæ vel ex iniustatis voci-
bus, de quorum significatione inter colloquentes non
conuenit, composita est, vel in alio significato ponit,
quam in quo cæteri accipere consueuerunt. Vten-
dum ergo nominibus, quomodo vulgus eis vtitur, ut vulgus.
cum obscuritatem vitare volumus. Etenim, vt scribit
Aristoteles, τὰ περιγραμμata τῶν ὀνομασίας περιουσιοφόρων,
καθέπερ οἱ πολλοὶ ποια γέγονται περιγράψανταν εἰσὶ, τοιαῦτα, η̄ τοι-
αῦτα, σοκέπη περισσεύτεον τοῖς πολλοῖς, οἷον ὑγιεινὸν μὲν ρήτεον τὸ
πυρηνὸν ὑγιείας, ἀς οἱ πολλοὶ λέγουσι. πότερον δὲ τὸ περικείρενον
ὑγιείας, ἢ οὐ, σοκέπη οἱ πολλοὶ λαττίον, ἀλλ' οἱ οἱ
λαττίοις. Pulchrè his verbis declarat Aristoteles, quid
Paulo antè appellauerit τὴν κειμένην ὀνομασίαν, nem-
pe nominum significationem, de qua inter omnes
conuenit, & quomodo pars maxima τῶν ὀνομάτων eis
vtitur. Cæterū ad orationis claritatem plurimum
quoque conductit, vt vsitatæ & propriæ dictiones con-
cinnè, prout vsus in quolibet idiomate obtinuit, con-
struantur. Quantum enim lucis ei adimat perturbata
constructio non nesciunt illi, qui varios scriptores le-
gere coguntur. Quod huc usque diximus, tale est, Ora-
tionem nihil significantem tam non esse orationem,
quam oculus lapideus non est verus oculus : obscure
autem vel ambigüè significantem orationem quidem
adhauc esse, at vitiosam & corruptā. Tota enim bonitas,
virtus, perfectio, laus, orationis, in perspicuitate, id est,
in clara significando cōsistit. At clara & dilucida est, que
ex vocib. in quauis lingua obtinentib. vsitatis, proprijs,

Cur usitatē lo-
quendum.

Loquendum

apteq; inter se constructis, composita est. Quæ vel pœtrina, vel obsoleta, & non obtinentia vocabula admissa habet, obscura, vitiosa, inutilis & damnabilis est. Taliis & illa est, quæ ex dictiōibus proprijs & visitatis, sed ineptè & contra eius linguae morem iunctis consuta conflataq; est. Vtique hoc vitio cùm summe laboret.

Oratio Para-
celsi omnibus Paracelsi oratio, meritò detectanda est. Sanè sic plerunque construit voces inter se, vt ex eis sensus certus erui non possit: sed ex antegressis, consequentibus, & circumstantijs alijs, opinio eius coniectanda sit. Nominibus quoq; vtitur ab idiomate Germanico, Latino, Greco, alienissimis: quæ vel ipse confinxit, vel ex Tartaro protulit. Verè de ea dici potest, quod de Chrysippi quādam oratione his verbis scripsit Galenus: ἀνιψησας οὐδέποτε λεγμένον ἀνθεία, οὐδὲ σωτήρας ἀνάπτε. Qui ippe nihil aliud sunt eius scripta, in quibus docere voluit videri, quām ænigmata incredibili & planè monstrosa obscuritate inuoluta, cum intempestiva breuitate. Sic enim plerunq; subitò abrumpt orationē, vt simul incipiat ac desinat miracula sua docere. Vbi aliquis criminatur, finem inuenire nescit male-dicus Tenebrio. Mores præceptoris egregie imitantur discipuli. Nam in conuiciando, calumniando, proprias laudes percrepando sunt loquacissimi: at in docendo propè muti. Postquā enim multis grandibus & sesqui-pedalibus verbis mirificas curationes difficillimorum morborum arrogantissimè polliciti sunt, sic nos dimitunt, vt vel indignos esse dicant, qui īs mysterijs initierūr, vel aliquid afferant, quod neque ipsi intelligent, nec diuinare alijs possunt. Ex calliditate sua hunc frumentum percipiunt, quod rudibus videntur supra alios sapere, præclarissimarumque rerum noticiam possidere: quodque sic difficultius aut nullo modo confutari pos-sunt. Quid enim facere poterit is, qui intelligere cupit?

Mores Para-
celsiorum.

ea quæ is, qui scripsit, intelligi noluit? Hac de causa ob-
 lcurissimis præteritis, ea tantum refellere studuimus,
 quæ aliquo modo intelleximus: quod Galenus alicubi
 faciendum consulit his verbis: δίκηγον γέτι τὰ μὲν ἀνουφῆ Obscura in ob-
 τὸνοράτων ἐν ἀδήλῳ κατελιπεῖν ὑπερσε νομίζοντας, καθά- scuro sinenda.
 περ εἰ μηδὲ ὄλως ἐγεγένετο. Tartareas igitur voces, quæ
 neminem sanæ mentis decipient, in Tartaro quiesce-
 telateretq; sinemus, & quæ apertius falsè docuit, coar-
 guemus. FVR. Galenum quoque memini in 2. libr. &
 cap. de Differ. pulsuum Sophistas reprehendere, quòd
 lingua veterentur ex pluribus Dialectis composita, Ca-
 tica, Syriaca, Aegyptiaca, & alijs, quam nemo intellige-
 ret. Idem Archigenem quoq; & sectatores eius accusat,
 quod nominibus vtantur, quæ Græci non intelligent:
 id est, quæ in nullis Græciæ regionibus in vsu fuerint.
 ERAS. Archigenes preclarus fuit medicus, & à Galeno
 multis in locis laudatus. Is non in rebus, sed in explica-
 tione & vsu vocabulorū aliquid habuit peculiare. Te-
 statur hoc ipsum Galenus in 2. de Loc. affect. his verbis:
 οὐδὲ Αρχιγένης διδασκαλίας ἴδιον ἐξαπετονεῖν, οὐ περιγρά-
 των φύσις καγκῶν, ἀλλ' ὄνομάτων δόεν περιγραφὴν των.
 Quid putas, dicturus fuisset, si Paracelsum vidisset non
 verba solum, sed etiam res ipsas nouare? FVR. Tanti
 fecisset, opinor, quanti Scepticos fecit. ERA. Sceptici
 multis nominib. Paracelso & gregalibus suere melio-
 res. Etenim non res mutarūt, sicut hi facere conantur,
 neq; nomina aliena inuixerunt, sed assensionem tem-
 ratam tantummodo damnarūt. FVR. Cur igitur pu-
 tas Paracelsum obscuritati ac tenebris istis studuisse?
 Non possum credere, eum clarius nō potuisse, quæ sen-
 tiret, exponere. ER. Obscurum incertumq; sermonem
 nihil docere, certum est: si modò, quæ suprà diximus, Oratio obscu-
 considerentur. Cur interim aliqui malint obscurè quā ranil docet.
 dilucidè tum loqui tum scribere / aut obscurè scripta,

Sceptici Para-
celsicis melio-
res.

quām clarē proposita magis saltem probent) neq; ego
 satis scio, neq; à veteribus plenē perspici potuit. Gale-
 nus sāpe de hacre conquestus legitur: nec minus dispi-
 cuit idē alijs tum philosophis tum medicis. Dicam de
 Genera quo^t sāpe obscure lo^r pter ingenij ac mentis tarditatem, sicut fatui, imperiti,
 & inertes. Alij propterea sic loquuntur, quia facultate
 ἐρμηνευτικῆ destituuntur: hoc est, quārē recte sentiūt, cla-
 rē exponere nequeunt. De his omnibus cūm inuitē sint
 obscuri, hoc loco non disputamus. Alij scientes, pru-
 dentes, volentes, obscurē loquuntur & scribūt: quorum
 non vnum est genus. Etenim aliqui ex his nec mali
 sunt, nec mali causa huiuscmodi vtuntur oratione an-
 scriptione: quales sunt, qui in bello aut vitandi aut a-
 uertendi periculi à se & suis causa fictis characteribus
 scribunt: quod ab alijs nullis, præterquam ab illis, ad
 quos scribunt, intelligi cupiant. Alij finem spectantes
 non bonum, quārē nemo, aut pauci quidam intelligent,
 scribunt: cuius generis sunt impudici & lascivi amato-
 res, conſpirationum authores atq; conciij, proditores,
 seditionis, & huius farinę homines. Sed hi omnes literas
 suas in paucorum manus peruenire cupiunt, publicas
 fieri nequaquam optant. Idem minimē hoc agunt, vt
 artem aliquam publicè omnib. cognoscendam tradere
 videantur, sed priuatas res suas tantūmodò cōsignant:
 de quibus sermo nobis hic institutus non est. Sed neq;
 illorum quoq; ratio (de quibus præcipue differimus) v-
 niusmodi est, qui in publicum edunt sua scripta, & ob id
 scripsisse censeri volunt, vt vulgō prosint omnib. Quip-
 pe reperiuntur in horum classe aliqui, characteribus, li-
 gnis ac nominib. nec à se nec ab alijs intellectis vtentes,
 quia sic ars eorū (vt hoc nomine nominē) iubet: quod
 faciunt Magi & incantatores. In causa est, vt in prima
 parte demonstrauimus, quōd barbara, incondita, & nō
 nobis

nobis significantia nomina & signa, pactionis & conventionis cum Diabolis ictæ initæq; signa posita sunt. Huius generis in Paracelsi scriptis plura inueniuntur q̄ sit bonum. Alij quidā nolūt intelligi propter inuidiam & improbitatē: tametsi propter ambitionem non desinunt iactitare nescio quam rerū admirabilium cognitionem. Huius quoq; generis hominū perpauci repe- riuntur, qui, quæ præ alijs se nouisse opinantur, cōmentatijs editis vel obscurè vel aperte publicēt, sed cōmori que inuenēre malunt, quām in aliorū manus venire. Similes sunt lordidē auaris, qui suas opes in sepulchris computrescere, quā vsui esse superstitib. pulchrius esse ducunt. Quidā ob id student ænigmatis, quia quæ scribunt, falsa esse norunt, tametsi vera esse persuadere cūplant, dupli ci de causa. Vna est, vt sciuisse, quæ didicere nunquam, videantur: atq; infamia & turpis inscitie non tam hoc pacto à se remoueant. Altera, vt eandem alijs molestiam parent, quam sibi ab alijs paratam memine- runt. Sub hoc ordine comprehensi sunt Chemici, quos pudet oleum atq; operam omnem tot annis perdidisse. Ut igitur iudicētur plura inuenisse, quām re vera inue- nerint, de multis magnisq; rebus gloriantur: atq; thesauros, quos ipsi frustra scrutati sunt, alijs liberalissimè offerunt, tametsi promissorum nihil omnino præstent. Interim callidē sic sua proponunt, vt cùm finē desideratum non consequeris, cogitare semper cogare, cul- niq; qui malis artibus & medijs non concessis vtuntur: atq; hi quoq; confictis nominibus fraudes suas tegere conantur. In hoc genere continentur medici quidam, qui pharmaciæ vtuntur periculosis & noxijs: vt Mercurio, Antimonij vitro, Sublimato, & similibus. Ergo vt qualia ea sint, ex nominatione nullus coniiciat, inusita- ta eis nomina indunt, quæ nullus intelligit.

*Cur enigma-
ticè loquantur
Chemici.*

Paracelsus omnium uitiosè scribentium imitatus est mores

Cui ordinì annumerari debeat Paracelsus cum sua cōhorte, vix dixeris: nisi omnium fere mores participare afferam. Quippe Magiæ impiaæ cultores sunt pleriq; omnes cum magistro suo Paracelsi sectatores: ideoque mirum videri non debet cuiquam, quod barbaris & in tartaro natis delectantur nominibus & characteribus. Quam sint intidi nullus nescit, qui ab eis aliquid discere voluit eorum, quæ ad distillationes pertinent. Nam aliarum rerum qui doceant alios quippiam, cum nil ipsi veri & boni perdidicerint? Quod fermè omnes inscientiae rerum medicarum sibi sint cōscii, palam demonstrant, dum multa persæpe promittunt, quorum nihil præstant. Quod Chemicorum sint amici ac familiares, imò ex Chemicis desperatis magna ex parte per subitam metamorphosim facti sint medici (scilicet) publicè notum est. Quid mirum igitur, si corundem mores conseruarunt? Certè quos non pudet mendacitatem arrogare sibi certā peritiam ignobiliora metalla transmutandi in aurum & argentum, non admodum pudebit se pro medicis falsò venditare: cum sit in hoc, quam in illo mendacio, lucrum certius, & quæstus vberior, ex causatioque inscitiae promptior & probabilior. Summa est, eos ob aliud nihil sua tenebris inuoluere, ac modis omnibus obscurare, regere, occulere, quam quod ignorantia & turpitudine sua detecta ridiculos se futuros intelligunt. FVR. Si me verum fateri oportet, de Paracelso eiusq; sectatoribus verissimè dici cogitariq; existimo, quod mihi de Chemicis quidam dixit. Tanta est inquit, horum hominū ambitio, vt si quid nossent boni ac veri, tacituri non essent. Vnusquisque videni cupit inuenisse mirificum illum lapidem, qui instar Meduzæ metalla in aurum argentumq; cōuertere fertur. Quod si eos non pudet falsò sibi arrogare eius rei peritiam, quam se adeptos nunquam fuisse nimis probè sciant,

quo-

quomodo tacituros fuisse putas, si eam verè consecutū fuissent? Si qua cbservarunt fortè ab alijs non animaduersa, ea nullis inuolucris tecta, sed apertè & intelligenter exposita, statim publicat: metuentes scilicet, ne quis eos anteuerat, gloriolamq; concupitā præripiat. Fieri non potest, vt qui adeò est honoris & gloriæ cupidus, vt mendacio eam sibi quærat, veritatem rei vtilis, ac laudabilis ab omnibus expetit, ex qua solidam & immortalem sibi laudem comparatum iri nouit, occultet.

E.R. Prudenter ille censuit: nec aliter de nostris iudican dum est. Paracelsus vsque adeò fuit arrogans & ambitus, vt non tantum præ se omnes alios veluti ex alto despiceret, & hominibus cæteris maiorem se esse dicere solitus sit, verum etiam nominis & existimationis conditum nullus unquam vel somnians arrogare sibi conditum nullus est. Ut enim plus hominibus sapere saltem à ruribus crederetur, artem se tenere scripsit, aliosq; doce-re ad vitam, verosq; homines absq; foemina in vasis di-illatorijs creare didicisset. Quem immania hæc & flagitiosa mendacia, quæ nullis sanis persuasurum se videbat, captandæ laudis gratia eructare & publicare non puduit, hunc tu, si veri aliquid supra cæteros mortales habuisset cognitionem, abscondere potuisse putas? An est aliquis tam imperitus rerum omnium, qui non apud se cogitet falsa pro veris scripturos, vel exitiosa pro sa-lutaribus tradituros, vel turpia & inhonesta pro pudi-cis & castis dicturos, necessum habere sic loqui, vt à ne-mine (vel à sui similibus duntaxat) intelligentur, si mo-dò latere optant, nec in scelere deprehendi volunt? Pa-racelsus diligenter sane hoc egit, ne nosceretur: neue quisquam rescisceret, qualibus vtebatur pharmacis. Fa-cile videbat Erro improbus, in nulla ipsū deinceps op-

Notæ.

Arrogantia
Paracelsi.

*Causa erratio-
nis Paracelsi.*

nione fore, si manifesta fierent. Nec minimū ob id per-
petuò oberrauisse, nulloq; in loco diutius hærere vo-
luisse creditur, quod suas fraudes detectum iri metue-
ret, si in loco vno cōmoraretur longius. Remedia qua-
dam viceribus vtilia, quæ sola habuit laude digna, satis
apertè descriptis. Quæ præterea effutuit callidus im-
postor, sic oratione perplexa inuoluit, nominibusq; in-
auditis, & in tartaro natis obscurauit, vt & dicere im-
prudentibus aliquid videretur, & quid diceret à nem-
ine tamen cognosceretur. Qui enim res magnas auda-
cter promittit, ac miracula impudenter crepat, omnia
nominibus interim obscuris velat, apud stultos opinio-
nem scientiæ nanciscitur: qui scil. aliquid esse putant,
quicquid nō intelligunt. FVR. Ergo me iubes omnem
obscuritatem vituperare? Profuit aliquando remedia
quædam non reuelasse. ER. Cui nam profuit res vtile
mortalib. abscondisse? FVR. Illis dico vtile fuisse, qui v-
tum sibi eisdem querere coacti sunt. Artes etiam que-
dam nostro tempore inuentæ sunt, quas earum inuen-
tores meritò videntur celauisse: ne ex ipsorum labore
& sudoribus alijs fructum perciperent, ipsi autem inte-
rim egerent. ER. Haud nego. Verùm illi tales non pol-
liciti sunt editis libris earundem traditionem, nisi for-
tè illis, qui precium persoluere, quod poposcissent, si-
pulati fuissent. Sunt enim tales, quas non interest o-
mnium publicas esse: quæq; non vbiuis locoru valent.
Medicina alia ratio est. Nam vbiq; & omni tempore v-
sum suum habet: omnium interest eam rectè tum tra-
di & disci, tum exerceri: dignitatem quoque suam in o-
mni loco tueri potest. Nec verendū est ulli huius artis
perito, ne secreto eius aliquo remedio (vt vocant) ma-
nifestato, non habeat quod agat lucreturq;. Argumen-
to sunt præclari & boni omnes medici, qui, quod vili
comprobarunt, libenter omnibus communicauerunt.
acc.

*Medicina u-
bique & omni
tempore usum
dignitatemq;
suam tuerit.*

nec vllam ex ea re vel dignitatis, vel lucri iacturam fecerunt. Quare non medicos fuisse illos, quos obijciebas, constat, sed empiricos, vnius aut alterius remedij vsum & possessionem habentes. Horum igitur exemplis non possunt Paracelsici, se ipsos præstantissimis omnibus medicis longissimè anteponentes, multoqué illustriore altioreq; loco collocantes, factum suum excusare: tametsi particulares quidam artifices, quorum ars non latè patet, nec publicè apud omnes valet, sed vel certis in locis solùm, vel apud paucos in precio est, hac se ratione purgare conentur. Ad hæc accedit, quòd *Sacrilegiū est, rem publicē u-*
lībus vtilem, salutarem, ac necessariam, qualis est mortilem & neceſſariā occulere,
 borum curatio, proprij priuatique commodi causa re-
 ticere: cùm præsertim eius publicatio & honorifica sit
 & quæſtuosa. Bonum, sicut in scholis dicūt, est sui com-
 municatiuū. Quod ergo cōmune esse debet omnium,
 id priuatim sibi reticere cum aliorū dispendio vir bo-
 nus nunquam volet: nec sine scelere facere poterit. Pa-
 racelsi doctrina propria habet, primū quidem, vt an-
 tiquis omnibus abolitis, pro sanis insana, pro certis du-
 bia, pro comprehensibilibus incomprehensibilia, pro
 veris falsa substituat non tantūm nomina, verū etiam
 dogmata. Deinde vt pro vtilibus inutilia præscribat, &
 salutarib. remedij loco suo motis, noxia & pestilentia
 sufficiat. Quocirca non ob id solūm damnabilis est, φ
 cùm sit obscura & intricata nihil docet (vt quæ partim
 ad nescio quas occultas vires omnia referat, partim
 nominibus vtatur inusitatis, nouis, peregrinis, inauditi-
 bus, partim vſitorum significationē mutet, partim in-
 concinnē & contra morem receptū dictiones compo-
 nat) verum etiam quia falsa, exitiosa, impia & detestanda
 est vniuersa. FVR. Quoniā satis, imò nimis fortasse mul-
 ta videmur hac de re dixisse, breuiter dispersa colligam.

*Propria doctri
nae Paracel.*

Quid sit cuiusque rei uirtus. Cuiusq; rei virtutem perfectionem dicebas esse illius, cuius gratia vel à natura, vel ab arte facta esset. Orationem porrò vt significet excogitamat fuisse: ac proinde in significando virtutem & perfectionem eius totam consistere: & ob id eam demum orationem optimam esse censiq; debere, quæ perfectissimè significet. Perfectè illam solam significare, quæ dilucida sit & clara. Quocirca virtutem sermonis in perspicuitate sita esse, elegantiam, nitorem, copiam, & alia huiuscmodi, non ad orationis essentiam pertinere, sed accidentia & veluti vestimenta quædam esse. Illam quoq; orationem, quæ nihil significet, non orationem, sed sonum appellari debere. Et quæ obscurè significet, vitiosam & corruptam esse orationem. Cæterum perspicuam esse, quæ ex nominibus & verbis constet usitatis siue obtainientibus, proprijs siue domesticis: & metaphoras habeat nō longè petitas: deniq; compositionem seruet receptam. Econtra obscuram esse, in qua vel cōsueta vocium strutura non seruatur, vel metaphoræ ex dissimilibus sumptu continentur, vel peregrinæ, ambiguæ, alienæ voces reperiuntur, vel obsoleta & ab vsu remota ponuntur. Iam verò obscurè loqui aliquos, quia aliter non possint ac sciant: alios data opera, & deliberatè sic scribere, ut à nemine intelligātur. Et inter scriptores, qui se res summè vtiles artesque omnibus necessarias docturos publicè profitentur (de alijs necesse non est, hīc vt disputationem obscuritatem affectare, nisi vel sit magus & incantator, vel improbè inuidus ac malus, vel ambitione turgidus (qui nomen sibi mendacijs comparare decreuerit: scientiam earum rerum prætendens quas nunquam percepit) vel molestiam alijs exhibere, eosq; vexare constituerit, vel noxia pro salutaribus sed docere conscius sibi sit. Propter prædictas causas fermè omnes obscurè sua scripsisse Paracelsum reor. Nam Magia

Magis eum fuisse studiosum, supra probatum memini.
 Inuidum fuisse nullus negabit, qui cum familiariter no-
 uit, aut libros eius attentè legit. Fuisse eum hominum,
 qui viuunt, ambitiosissimum, satis id demonstrat, quod
 artes ac scientias omnes corrigere voluit: & quod sibi
 arrogare ausus est, quæ vix vñquam Cacodæmones pa-
 lam sibi affingere ausi fuerunt. Quare ut scire multa &
 abstrusa crederetur, promisit multa, scripsit plura. Ve-
 rum ita scripsit, ne facile mendaci coargui posset, ac
 semper dicere valeret, non intellecta fuisse, quæ scripsis-
 set. Quod vexare interim alios, laboremque & mole-
 stiam exhibere studuerit, cum ex omnibus eius scriptis
 patet, tum ex libro Vexationum præclarissimè liquet.
 Quod denique pro salutaribus noxia & pernitsiosa tra-
 diderit, nimis clare, proh dolor, probant eius tum scri-
 pta, tum exempla, in primis autem historiæ necatorum
 autem debilitatorum: denique discipuli. Plures enim Paracelsici m-
 noui hi medici per pauci, annis multo paucioribus, ad manes homici-
 orum, ex quo suam doctrinā extraxerunt, demiserunt, dæ sunt.
 quam decem seculis totius Europæ medici eruditi per-
 incuriam interfecerint. (Comparatio namq; inter do-
 ctos & excellentes vtriusque partis institui debet, sicut
 arbitror.) Quanquam hæc ita habent omnia, velim ta-
 men, quod nunc primùm in mentem mihi venit, inter-
 pretationem dicti huius audire, quo nobis loquendum Loquendum ut
 vt multi, sentiendum ut pauci, præcipitur. Audiui enim multi, sentien-
 quosdam hanc sententiam ita exponentes, ac si iubere- dum ut pauci.
 mur in plerisq; rebus opiniones nouas, raras, monstro-
 fas, ac ab opinione omnium vel plurimorū saltem ab-
 horrentes, cōflectari: quam interpretationem facto suo
 egregiè probare se ostendunt Paracelsici. E.R. Etsi ver-
 bis Aristot. ex 2. Topicorum citatis planè & perspicuè
 declaratum memini, paucis tamen Galeni verbis insu-
 per adiectis, repetam. Sensus hic est, dandam nobis es-

se operam, ut rerum naturas & scientias assidua meditatione inuestigemus, & quæ in ipsis tradita sunt, rectè intelligamus: quas vulgus, hoc est, pars hominum maxima, vel non aptè inquirit, vel non satis intelligit. Vbi autem apud nos ipsos res rectè tū inuenimus tum cognouimus, atq; eas alij exponere statuimus, iubet nos sententiam ijs exprimere verbis, quibus vulgus vtitur.

Loquimur a-
lijs, sentimus
nobis. Causa est, quod loquimur alij, sentimus nobis. Vt ut ergo in animo tuo sentias, quia tibi sentis, non est quod solicite quærat alijs, quid & quomodo sentias. Cum autem explanare sensum animi conaris alij, videndum est tibi, vt illis verbis facias, quæ significantia sint, & ab omnibus intelligantur: quod nunquam fiet, nisi in eo significato ponas, in quo vulgus ponere solet. Hac de causa Galenus saepius scribit, te vocabulis vsurum, quomodo Græci soliti sint vsurpare. διότι τὰς μὲν ἐνορθωτέουσιν τὴν ἐλλήνων σωματικὴν πανούσιεθα: τὰς δὲ γένοτας αὐτῆς τοι πράγματα. Ορέστης καὶ Σητηνὸς καὶ Δορθείζης, τοι εἴ τοι τῶν τοις πολλοῖς δικαιώτων, ἀλλ' ἐν τῷ Πατρινούκαντι πάτων. Hac sententia Gal. dilucidissimè expressit, quod nostri paucioribus verbis elocuti sunt. Verbis, inquit, vtemur, quomodo Græci vsurpare consueuerunt: at res ipsas non ex vulgi opinione, sed ex scientiā efficien- tibus principijs & sumptionibus tum inuenire tum ex- planare ac demonstrare tentabimus. Hoc ergo vult di- stum illud, ita nos debere res ipsas iudicare, quomodo pauci, hoc est, docti, & exercitati aestimare solet: cum verò alios docere, quæ nos peruestigata & cognita te- nemus, opus est, sic nos loqui oportere, quomodo multi, hoc est, vulgus loquitur. Quocirca insana est in- terpretatio, quam distorti ingenij homines commen- sūnt. Improbi autē sunt, qui aurum & gemmas glorio- sè promittunt, & ne paleas quidem exhibent. Quino- vult intelligi, taceat: ne imprudentib. molestiam creat.

FVR.

FVR. Redeo nunc ad locum, ex quo discessimus. Planè sum in eadem nunc tecum sententia, eos frustra nobis obiecturos, non esse à nobis intellectū Paracelsum, dum aduersus illa præcipuè nominatim disputamus, quæ toties & tam diuersis locis repetiuit. Si quid præter id volêt adferre, tunc examinari poterit, cùm protulerint: nunc tempus est, vt ad propositum tandem perueniamus. E.R. Non est cur tristemur, si nos insani hominis insana deliramenta non vbiq; perceperisse vociferentur. Quippe fortunatum iudico, qui nihil, aut paucissima intellexit: fortunatiorem, qui nunquam vel audiuit, vel legit: fortunatissimum, qui pernitiosa mendacia & dialbolica figmenta esse cognouit. Sed his sepositis, agè videamus quām aptè curent morbos particulares. Poterit hoc abundè cerni, si quatuor illorum morborum, quos omnium aliorum faciūt Centuriones & monar- Quatuor mo- chas, sanationes expenderimus. Sunt hi, Epilepsia, Hy- narchæ mor- dags, Elephantiasis, quam Lepram ipsi vocitant, & Po- borū omnium. dagra. Ab horū curatione præcipuè magistrum suum laudant, & commendari cupiunt ipsi. Consilij nostri cauta & occasio hæc est. Dicunt & scribunt Paracelsici morbos propè omnes radices siue semina habere similia, locis solūm differentia. Et morborum summa dunataxat genera, quæ quaternario prædictorum exprimunt numerο, radicibus manifestè differre aiunt. Ad iam minorum familias morbos reliquos obscuriores, inferiores, debiliores, & imperfectos reducunt. Omnes enim alias morbos, fructus & symptomata proferentes affinitatem cum illis habere. Et ad Epilepsiam pertine- re Catharros, Paralyses, Cordis palpitationes, Spasmos, Vertigines, Melancholias, Apoplexias, Vteri suffocationes. Quare si vera sunt, quę ipsi mentiuntur, omnium ferè morborum curationem tradit, qui prædictorum quatuor sanationem docet. FVRN. In mentem mihi

nunc credit, quod idem antea ex hoc probare voluerunt, sanguinem, pituitam, bilem utramque, communes morborum causas non esse, quia non possint esse loca seminum tantopere differentium. Fatuitates, inquit, eorum miramur, qui phantasticos illos humores, sanguinem, bilem, pituitam, melancholię, communes morborum causas statuunt: cum tanta sit locorum semina morborum tantopere differentia continentium diuersitas. Sensus horum verborum, ut diuinans coniicio, talis est. Differentiae seminum respondere debent locorum diuersitati: & è contraria. At semina multò diffirent amplius, quam humores isti quatuor. Non ergo sunt hospitia omnium seminum. quare neque communes morborum causae fuerint. ER. Rectius & brevius dixissent, loca seminum non esse causas morborum: & proinde humores, qui aliquorum sint morborum domicilia, non bene morborum causas ponи. Hoc intelligi poterat, sed fatus & falsum statim apparebat. FVR. Ex citatis verbis hoc primum colligo. Si propter diversitatem seminum morborum (semina enim morbi ipsi sunt nondum exaltati) humores quatuor ea non possunt capere, non sunt ita similia, ut in quatuor distinctas classes apte digerantur. Possent enim hoc modo quatuor humores sufficere, sicut mundo maiori quatuor elementa sufficiunt. Deinde appetet magnam esse inter mundum maiorem & minorem disparitatem: cum hic longe quam ille plures habeat cistas seu latronum receptacula. Præterea si loca incorporea & à dimensionum legibus absoluta, vacua, & inania esse recipi ent, vnis quam alijs non plus obligata essent, nihil vetat in uno eodemque loco discrepantissima semina contineri. Adde quod oportet omnia semina sua peculia ria & distincta habere domicilia, si mutuo sibi respondent.

Semina morborum Paracelsicis non differunt à morbis nisi exaltatione.

spondent locorum varietas & seminū diuersitas. Quare non poterit semē idem in diuersis & peregrinis matribus contineri. Ex quo conficitur, vnam esse vnius morbi originem, causam, somitem, locum: quod tota eorum doctrina infinites fermē damnat. Vnicus ergo locus est in corpore, ex quo perpetuō omnis pullulat Epilepsia, quod similiter negant. Tot sunt vbiq; vt vi-
deo, contradictiones, vt mirari cogar incredibilem isto-
rum hominum vel inscitiam, vel incuriam, vel impro-
bitatem. E.R. De hoc satis: ad propositū redeo. Quam-
uis dolores colicos sub tribū podagricorū comprehen-
diverint (fortè ob eam causam, quia sāpe cruciatus co-
licos Paresis membrorum sequitur) nos tamen prædi-
cīs quatuor morbis huius tractationem seorsum ad-
iungemus. Prima causa est, quod de Elephantiasi haud
multa poterimus vel ipsi utiliter adferre, vel ab aduer-
sarij Gimere. Etenim nec ego aliquem hoc morbo de-
tentum percurauī, nec ab alio percuratum vidi. A Pa-
racelso & gregalibus eius tantum abest sanatum vt a-
liquem credam, vt ne dignoscere quidē eos posse hunc
& excors scripsit, fateri nō dubitauit, se hunc morbum
nunquam deuicisse. Altera deinde causa hæc est, quod
dolor colicus apud nos est frequentissimus, grauissi-
mus, & curatu difficultimus. Quare cùm non malè me-
reti videatur de Republ. quisquis in medium adfert ali-
quid, quo huius mali acerbitas aut mitigari aut tolli
posse putetur, libenter adducam, quæ ratione didici, v-
tus & experientia conducibilia esse cognoui. Si aliud
nil effecero, alios saltem prouocauero, vt meliora ipsi
proferre tentent. Cæterū vt maiore cum fructu præ-
sens velitatio absoluatur, primo semper loco veram cu-
randi methodum proponam: postmodum quæ Para-
celsi fuerit imaginatio docebo, & quatenus falsa est,

*Colicus dolor
est sub poda-
gra compre-
hensus.*

*Modus proce-
dendi.*

confutabo. FVR. Præclarè mereberis de plurimorum hominum salute, dum non tantum falsam & pernitiōsam difficillimorum morborum sanationem patefacies, sed & rectum eosdem percurandi modum trades. Nondum excidit, quod supra ex ipsiusmet Paracelsi testimonijs demonstrauisti, ipsum hosce morborum aliquos nunquam percurauisse: ac proinde mentiri discipulos, qui hanc ei laudem affingunt. Spero nunc id te esse perfecturum, ut omnes intelligent, Galenicos Paracelsicis longè facilius tum hos, tum alias omnes sanabiles morbos tractare. E R. De Epilepsia primū a gemus: & quid ea sit, quomodo fiat, à quibus causis suscitetur, ante omnia inuestigabimus. Vbi de his veritatem exposuerimus, & falsam Paracelsi opinionem confutauerimus, de curatione eius vera & falsa codēmodo differemus. FVR. Placet consilium. E R. Morbum de quo nos oportet primo loco differere, tum Gratum alij variè nominarunt. Epilepsia ideo videntur vocasse, quia ex improviso in egros insilit, eosq; inopinatō occupat: vel φθιληπτος à Dæmone occupari crederent. Hac eadem de causa, sacrum (vt ex authore libri de morbo sacro liquet) appellarunt vetusti, quod à certis numinibus infligi perlausum haberent: quomodo ferè nūc aliqui certos morbos à Diuis immitti, Antonio, Quirino, Valente, &c. stultè credunt. Aretæus ob id etiam sic vocatū putauit, quia magnus est morbus: vel quia Dæmone videntur obseSSI ægrotantes: vel quia opere humana personari non admodum possit: vel quia Lunæ motum cōsequitur, vel quia omnia hæc, aut pleraque saltem concurrunt. Hippocrates etiam παχυδεινος nuncupauit, propterea quod humidioribus puerulis admodum familiarem animaduerterat. Idem παχυλευ νοῦσον (quod nostri homines imitati sunt, dum vulgo Magnum morbum vocitant. Eadem ratione Celsus

Epilepsie no-
minationes.

Celsus quoq; Maiorem credi potest nominauisse) in 6. Epidem. dici monstrauit: quem sub Herculei nomine Aristot. nobis proposuit. Causam nominis arbitror esse; quod putauerit Herculem eo laborasse, vel quod verius similius est, quod instar Herculis insuperabile iudicaverit. Etenim ob eandem causam aliqui videntur Elephantiasin appellauisse. Omnes propemodum à magnitudine nomen imposuerunt, quod δυσκαταμάχητος non sine causa cunctis iudicatus fuerit. Complures Lutonicum dixerunt, quod interlunio nati præcipue corripit eo soliti sint. Comitialem cur pleriq; denominaverint olim, & nunc etiam propè omnes vocent, nomen est. Paracelsus à symptomate seu casu Caducum solitus est nominare: quæ Germanis quoque nominatio visitata admodum est. Ridicula, sed antiqua tamen, *Confuetudo ridicula.* Epilepsia despuere solent: ne scilicet ab eo corripiantur, si secus fecerint. Plinius certè sua ætate despui sicut scribit. Cæterum non esse Epilepsiam ex illorum genere morborum, qui absq; discrimine corporis partibus quibuslibet accidere possunt (velut inflammatio, tumor, vlcus) sed certæ duntaxat partis affectū, tanquam confessum omnibus, te ponere iubeo. F V R. Libenter tibi dabo, modò Paracelsici quoque daturi tibi sint vñā mecum. E R. In præcedente collatione ostendi Paracelsicos delirare, qui in parte alia morbum, qui accidentium siue symptomatum epilepticarum causa est propinquissima, quam in cerebriventriculis collocant: nec opus esse arbitror, vt quę tunc diximus, hoc iam loco reperantur. Ita enim apertè hoc ipsum exposui, vt clariora nullus temerè videatur desideraturus. Quinta ex ipsiusmet Paracelsi testimonij liquebit verum est: quod nō minus perspicue ex eius sectatorum verbis in antegressa disputatione demonstrauimus.

**Definitiones
proprietatum
ex quibus con-
struenda.**

Iam verò certum est, illarum proprietatum seu acci-
dentium, quæ non in quibuslibet, sed in certis quibus-
dam subiectis duntaxat inhærere possunt, definitiones
construendas esse ex notatione seu nominis confessâ
omnibus declaratione, subiecto earum proprio & cau-
sa efficiente proxima. Ex his enim construuntur defin-
itiones proprietatum (sicut diuinè docuit Aristoteles)
quæ positu solùm à demonstrationibus differunt. Et
subiecto quidem opus est, quia per se dicuntur esse, mo-
do dicendi per se secundo: qualia sine suo subiecto nec
esse aut existere, nec intelligi vlo pacto possunt. Quo
fit, vt ne definiri quidem absq; eo valeant. Causa obili-
lud idem est opus. Absq; causa enim talia neq; sunt, ne-
que intelliguntur.

**Proprietates
rerum noncon-
tinuè inhären-
tium habent ra-
tionem rerum**

Habent enim rationem motionis
aut rerum fientium, non factarū, quod ad hanc rem at-
tingit. Duo namq; sunt proprietatum genera: quorum
alterum ei, cuius est proprium, semper adest: vt risibili-
tas in homine. Alterum non adest perpetuò, sed certa
fientium.

quadam causa accidente adest, eadem illa non praesen-
te adest; vt luminis defectio in luna. Non enim semper
lumine caret luna, sed tunc solùm priuata eo cernitur,
cùm terra inter ipsam & Solem (à quo lumen suū mu-
tuatur) certo modo Astronomis demonstrato interie-
cta est. Talis est proprietas cordis, febris. Talis quoque
est proprietas cerebri, Epilepsia. Tales sunt morbi o-
mnes, qui certe duntaxat accidūt parti suis quibusdam

**Proprietatum
perpetuò in-
harentium de-
finitio.**

symptomatis peculiaribus in ea conspicui. Quemad-
modum ille proprietates, quas perpetuas esse diximus,
ex ipsa rerum, quibus insunt, essentia promanāt, sic ha-
quæ adueniunt & abeunt propter causas externas ad-
sunt & non adsunt. Et quia à causis illis suis effectici-
bus ita pendent, sicut motus, & quæ generantur & mo-
uentur adhuc suis causis totū hoc debent omnia, quod
sunt, non debet aliquis mirari, cùm fieri eas aut fieri
quæ

quædam propter hanc similitudinē nominamus. Vsi-
tatū certe est apud Philosophos & Medicos, apud quos
non vñus est fientium modus, vt fientia vocentur, que-
cundq; absque causis suis instar eorum, quæ verè & pro-
ptiē fieri dicuntur, subsistere nequeunt. Quocirca eo-
dem etiam modo, quo, quæ propriè sunt, finiri solent,
definiuntur. Ergo quæ nam putas est Epilepsia defini-
tio *épílepsia éróματώδης*? aut cui rei hoc nomen à Medicis vul-
gò tribuitur? Hanc enim si attuleris certam confes-
samq; progreedi proclivè fuerit. FVRN. Conuulsio est
corporis totius. Sic enim Galenus, cui assensi deinde
omnes fuerunt, descripsit. Et meritò probarunt cuncti
post ipsum hanc notationem, quam ab ipsa rei natura
confirmari perspexerunt. Quippe conuelli, distorque-
ri, & concutti in plerisq; omnibus epilepticis non vnum
aliquid membrum particulare, sed totum corpus, ta-
nissimæ aliæ partes magis aliæ minus affici videantur, ni-
mis notum est. ER. Rectè. Sed obliuisci eius non oportet, quod ibidem Gal. addit. Cùm enim Spasmi vniuer-
sales totius corporis conuulsiones quædam sint, duo
addidit, per quæ discrimen inter eiusmodi spasmodum
& epilepticam conuulsionem poneret: quod videlicet
non sit perpetua, quodq; cum mentis ac sensuum ob-
lafione contingat. Et quòd Epileptici non perpetuò
conuellantur, quemadmodum alij spasmī speciebus
laborantes, controversia omni caret. Non enim vel ad
mortem, vel ad perfectam vsq; sanationem conuellun-
tur, quomodo qui spasmō conflictantes, torqueri so-
lent, sed post dilucida interualla iterum (& sàpius) cor-
ripiuntur: nisi fortè adeò sit vehemens paroxysmus, vt
antè solutionem strangulet. Vidi enim paroxysmum
vñum totas viginti quatuor horas, & eo amplius, ita
virginem affligere, vt, quamuis non nihil interdum re-
mitteret, nunquam tamen intermitteret: quod cò mi-
d

*Fientium modi
plures.*

Definitio Epilepsiae éróματώδης.

rabilius censeri debet, quod non solum absq; periculo ægrotantis solutus est, sed & postremus fuit. Post illud enim tempus optime habuit, adhibitis remedij. Summa est, Spasmi non habent accessiones, vt Epilepsia, statas quodammodo & recurrentes. Et in ipsis quoque accessionibus epilepticis membra, sicut in spasio, continuè non conuelluntur, immobiliaq; conseruantur: sed variè modò hæc modò alia mouentur, saepe omnia simul inæquabiliter quatuntur. Quod sensus ac ratio læsa sit, nullus ambigit, nisi qui in luce tenebras querit. Integra igitur notio hæc est, quod sit corporis totius convulsio non perpetua, cum mentis ac sensuum ob-läsione consistens. Huic si subiectum proprium impli-cantem efficientem causam addiderimus, perfectam huius morbi cognitionem consecutos nos meritò pu-tabimus. FVRN. Quomodo morbum vocas, cum alijs symptoma nominent? Deinde si totum corpus concu-titur in Epilepsia, qua ratione defendes cerebri solius affectum esse? Etenim diathesis quælibet eius est rei dispositio, in qua ineft: vt in Topic. Aristoteles monet. ER. Qui symptoma dicunt esse, ad vibrationes corpo-ris aut membrorum, & omnino ad actiones læsas re-spiciunt. Nos autem tum hæc, tum horum causam in-quirimus: nempe cerebri affectionem, quæ iam dicto-rum symptomatum causa existit. Quæ cum non sit in toto corpore, sed in solo cerebro, rectè illud quoq; affe-rimus, morbum, de quo agimus, accidens esse cerebri proprium. Nerui enim in Epilepsia primò & per se non sunt affecti, vt in spasio propriè appellato: cum cere-bri affectu soluto, membris ægroti liberè sicut prius, vti possint. Ceterū in Epilepsia in solo cerebro morbum, qui prædictorum symptomatum causa existit, consiste-re, nullus ambigit, qui ipsum sensus motusque princi-pium esse concedit. Fieri enim non potest, vt simul to-

*Notio integra
Epilepsie, quo
ad symptoma*

est.

*Epilepsia un-
de intelligatur
cerebri mor-
bus esse.*

tius corporis partes sensu ac motu priuentur, principio harum facultatum illæso permane: quemadmodum non potest Solis lumen omnibus mundi partibus eripi, sole nihil perpresso. Semper enim partes supra locum affectum consistentes, cerebroq; propiores influxum eius reciperent: sicut partes mundi cum cœlum est nubilum, quæ supra nubes Soli viciniores sunt, ab eodem illustrantur. Idem ex eo quoq; manifestius conspicitur, quod cerebri operationes, quas anima in ipso, (& nunquam extra ipsum) exercet, offensæ sunt. Demonstra-
 tum enim nuper fuit, fieri non posse, ut yllijs partis a-
 ctio impediatur, quæ nulla præter naturam dispositio-
 ne laborat. Satis liquet ex iam dictis, cerebrum in hoc
 malo præter naturam affectum esse. At nondum ta-
 men liquet, quæ nam cerebri pars in hoc morbo præ-
 cipue affecta sit. Deinde illud etiam inuestigandum re-
 stat, qualis nā affectio illa sit, quæ in cerebro consistens
 predictorum symptomatum causa efficiens existit. Ga-
 ienus cerebri ventriculos principaliter lædi iudicat: cu-
 ius sententiam postea omnes medici comprobarunt.
 FVR. Subinde iubere soles, vt eruditorum in arte sua
 exercitatorum testimonia non temerè damnem: & ne
 statim etiam fidem eis habeam: verùm accuratè obser-
 uem, an rebus sint cōsentanea. Velim ergo audire, cur
 Epilepsia ventriculorum magis quam corporis cerebri
 affectus dicatur. Vt quæram, illud me mouet non mi-
 nimum, quod actiones principes video nonnullos ce-
 rebri corpori magis, quam ventriculis adscribere: hoc
 est actiones similares potius quam instrumentales fa-
 cere. E.R. Non displicet, vt hoc etiam indagemus: præ-
 fertim cum ad curationes morborum capitis utilis sit
 huius rei cognitio. In cerebro sunt venæ, arteriæ, nerui, *Partes cerebri*
 membranæ, ipsa substantia (sub qua cōprehendi volo
 temperamentū eius) ventriculi seu fabrica tota, & de-

*Actio partium
 non læditur,
 dum ipse na-
 turaliter
 habent.*

mum spiritus. Si iam interroges, quæ nam ex his partibus sit propinquissima ratiocinationis (hanc enim pro exemplo sumamus) causa, respondebotibi nō pertinere ad venas & arterias. Si enim hæ essent intelligentia causa, non in solo cerebro, sed in toto corpore exerceret anima intelligentiam. Nam vbiq; sunt: & proinde nūc quam deesset huius operationis instrumentum. Idem harum est in cerebro usus, qui in reliquo est corpore. Non enim mutant naturam partes pro locorum diuersitate. Quare neq; vires, quæ per naturæ suæ proprietatem eis insunt, mutant. *αἱ τὸ στοιχεῖον τὸ δυνάμεων ιδίοτητας.* Galenus, *οὐεῖται ἔκπονη καὶ τὰς τὸ δυνάμεων ιδίοτητας.* Certè vbi proprietas substantiæ Magnetis est, ibi quoque oportet adesse vim attrahendi ferrum: aut hæc vis non est talis substantiæ proprietas. Ergo cùm eadem sit substantiæ proprietas venarum atque arteriarum in & extra cerebrum, easdem utrobiq; vires quoq; possident. Ratio hæc valet etiam in membranis. Etenim *Membrane nō dem substantia membranæ cerebrum vestiunt & nō sunt instrumentos in totum corpus distributos.* At extra cerebrum operimenti & munimenti causa datae sunt neruis, vt Galenus in 7. de Plac. Hipp. & Plat. cap. 3. asserit: ratiocinationis instrumenta nec ipse nec aliis quispiam censuit. Quate intra cranium idem officium cerebro præstant: & præterea vasorum explantationibus seruiunt: quemadmodum extra cerebrum ad hoc etiam necessariae fuerunt, vt ad remotas partes progredientes non facile rumperentur. FVR. Quo argumento probat Galenus, membranas tegumenti causa duntaxat circumiectas cerebro fuisse? ER. Experientiam adducit. Quippe si animali viuo dempta caluaria membranas præcidas aut excidas, neque sensus neq; motus ex eo læditur. Quod si easdem neruo detrahas, nihil ex hoc membrum, in quod inseritur, incommodi accipiet. FVRN. Propter mem-

membranas excisas, nec motum, nec sensum, nec rationationem perdere animal, libenter credo. Possunt enim tolli, cerebro nullo pacto læso. At in neruis an fieri possit nescio. Sic enim tenuior membrana medullæ nervorum, quæ paucula est in singulis neruis, adhaeret ut difficultima, immo impossibilis videatur eius sine ulceratione medullæ detractio. Evidem à cerebro quoque haud sine labore & industria separatur. Adde quod nondum explicatum reperio, qua ratione fieri possit, vt nervorum medulla simul sensus author sit partibus alijs, atq; sentiat. Vt dubitem, argumentum illud facit, quod ex Galeno protulisti: & quod verissimum esse omnines sani consententur: proprietates rerum quarumlibet comites esse substantiarum, quarum sunt propriæ qualitates. Quare si medullæ nervorum proprium hoc est, vt non modò sensum alijs impertiat, verum etiam ipsa se sentiat, cerebri quoq; medulla sentiet. Nam eundem est cū cerebro substantia: sola siccitate & dulcitate aliquantula differens. Cæterum non sentire cerebrum, ipsa demonstrat nobis evidentia, sicut mox ostendam. Eadem hæc res fortasse nonnullos mouit, vt membranas cerebri atq; nervorum sensus, medullam vero tum illius tum horum motus principia constituerint. E R. Huius rei explanatio aliena est ab instituto nostro: qui hoc solùm propositum habemus ostendere, membranas cerebri & nervorum non esse instrumenta ratiocinationis. FVR. At videtur eandem illam partem mentis organum esse, quæ sensuum est instrumentum. Nihil enim est aliud ratiocinari, quam ex sensibili specie vna aliud colligere: nec fit intellectus absq; phantasmatis siue simulacris à sensibus efformatis. ER. Si de communi sensu loqueris, ferri potes (licet opus sententia habeat aliqua insuper limitatione.) Si de particularibus intelligi cupis, non est cur refellere

Tenuis membrana non potest à neruis separari.

Sensuum organum uidetur etiam ratiocinationis organum.

opinionem aliquis tentet. Tam enim est apertè falsa,
vt magis videri possit credibile Paracelsi somniū, quan-
do noctis tenebras non propter occasum solis, sed pro-
pter peculiares in firmamento inhærentes stellas tene-
Sensus commu-
nis non est o-
pus membra-
narū cerebri. brarum effectrices contingere scribit. Iam verò con-
stat sensum communem non esse opus cerebri mem-
branarum : vt qui in eius ventriculis fieri credatur ab
omnibus. FVR. Imò in ipsa potius substantia videntur
fieri. Ratio est, quia nerui exteriorum sensuum yniuer-
forum desinunt in substantiam cerebri, ad ventriculos
eius nulli penetrant. ERA. Si maximè hoc tibi darem,
non tamen rectè membranæ sensus ponerentur prin-
cipia: sed medullæ hoc foret munus adscribendum. Ego
sanè videre non possum, quomodo, si neruorum pars
vna motum, altera sensum præcipue ponatur efficere,
non potius assignetur motus membranis, quæ tendit &
contrahi possunt, quam medullæ, quæ si non cohereret
& colligaretur à membranis, facile diffueret ac
disrumperetur in membrorum vehementiore motu.
Quod valde exquisiteq; sentiunt, non probat sensus el-
se principia, sed apta esse docet, que hoc modo vim sen-
sus recipient. Non enim sentiunt, nisi neruos alicunde
recepient. Cogitai aliquando num vtrasq; ad sensio-
nem concurrere in neruis partes oporteret, membra-
nas videlicet ac medullam : sic inquam, vt ab hac visi-
psa manaret, ab illis aliiquid aliud ad perficiendam sen-
sionem necessariū proueniret: sed nihil reperio, in quo
tutò acquiescam. Quare doctioribus & in perscrutan-
dis rerum causis feliciorib. ingenjs ista rimanda & in-
uestiganda relinquo. De membranis multa satis, imò
nimis multa diximus. De neruis non est opus dicere:
quos omnes scimus non esse instrumenta ratiocina-
tionis, sed deportationis spirituum & facultatis orga-
na. Probat idem ratio antè dicta. Si enim propter sub-
stanciam

stantiae suæ proprietatem hæc eis donata fuisset potest,
 sas, eandem vbiique locorum retinerent. Restat ergo, *An cerebrum,*
 vnum cerebri substantiae siue temperamento tribui *ut est pars simi-*
 debeat, inuestigemus. At hic quoque experientia eu-*laris, instru-*
 denter nobis, quid verum sit, monstrat. Nam cerebrum *mentum sit ra-*
 laedi, vulnerari, eximi, abscessus pati, & aperte corrupti
 nonnunquam solet, illæsis actionibus eius omnibus,
 quod Galenus in loco iam citato asseueratè scripsit.
 Idem vulnera capitinis, nec non Anatomica, præclarè cō-
 probant. Nuper tabulas edidit Anatomicas Doct. Vol. D. Volcherus
 cherus Coiter, Frisius, non tantùm excellens anatomi- *Coiter Frisius*
 cus & Chirurgus, verum etiam insignis apud Norim-
 bergenses Medicus Clinicus seu Physicus: in quibus ita
 hac de re scribit. Admiratione summa dignum existit:
 brutorum viuentium cerebra detexi, vulneraui, & inta-
 dis illæsis exenti, at nullum vel vocis vel respirationis,
 vel sensus, vel motus offensionis signum in his depre-
 hendit. Idem in epistola ad me sic scribit. Cerebrum
 eiusq; ventriculos sensu prorsus carere existimo. Nam
 frequenter vulneratorum cerebri ventriculis specilla
 ab eo, vlo doloris sensu immisi. Vidi quoque alterum
 ex anterioribus cerebri ventriculis pure putredineq;
 plenum absq; omni ægrotantis dolore. Quæ idem ille
 de capititis vulneribus ad propositam spectantia dispu-
 tationem in suis obseruationibus anatomicis annota-
 tur, atque alij de similibus rebus prodiderint, nimis
 longum foret recensere. Deinde pro certo statuere de- *Ratioinatio-*
 bes ratioinationem non esse actionem purè simila- *non est actio-*
 rem, & proinde à cerebri temperie sola, hoc est, à cere- *purè similaris.*
 bricorpore absq; eius fabrica edi non posse. Quoniam *Actio purè si-*
 actione similaris tria hæc habet, yt à partis temperie *milaris que sit.*
 inchoetur, & ab eadem absoluatur, & à quauis partis
 similaris particula perficiatur. Etenim muratio sanguis

nis in carnem, quæ exempli gratia, in musculo fit, à musculi temperamento initium, medium, & finem accipit: atq; à quavis musculi seu carnis particula non minus, quam à toto musculo perficitur. Huius generis actiones præcipue sunt quatuor, attractio, retentio, con-

Actio nudè in strumentalis. cōtio seu assimilatio, & alieni expulsio. Est deinde alia in musculo actio, qua mouet, quæ purè instrumentalis existit. Etenim musculi motus, quo membrum, in quod implantatus est, mouet, à contractione & extensione ipsius oritur: à tēperie aut per se primò neq; inchoatur, neq; absoluatur, neque à quavis musculi particula, sed duntaxat à toto integroq; musculo peragitur. Et quod sic tendi laxariq; potest, à fabrica & cōstructione ipsius proficiscitur, non à temperamento nascitur: licet absq; temperamento certo & definito sic decurtari ac rursus prolongari nequeat. Quippe nisi forma & figura talii figuratus, ex tali substantia factus, atque ex talibus fibris inter se iunctis compositus fuisset, pro vnu ac necessitate in se coire, & se rursus explicare nō potuisset. At ex talibus fibris & substantia confici non poterat, si tali temperamento prædictus non fuisset. Nullus enim puto, nescit eruditus, tales substantiarum proprietates à temperamenti proprietate pronasci. Quare absque temperie tali sic tendi laxariq; non potuisset. Quia igitur actio musculi, qua mouet membrum, in quod insertus est, à temperie per se primò non procedit, atque ob id ab eadem neque inchoatur, neque absoluatur, sed à toto solūm musculo exercetur, purè instrumentalis est ac dicitur. Talem actionem, quæcunque videlicet non à qualibet partis particula peragi, sed à tota solūmmodo absolui potest, nominat Galenus in I. Meth. cap. 6. *τέλειας ἐνεργείας ἀπεργασίην, οἷον ὁ Φθαλμὸς ὁ φύεται γλάριας διαλέκτυς, οὐκὶ σκέλη βαδίσεως. ετα δὲ καὶ διτηλεῖχος φίεψ*

Quid actioni-
laria apud Ga-
len. in Metho-
do. *Ζώς, τελείας ἐνεργείας ἀπεργασίην, οἷον ὁ Φθαλμὸς ὁ φύεται γλάριας διαλέκτυς, οὐκὶ σκέλη βαδίσεως. ετα δὲ καὶ διτηλεῖχος φίεψ*

οἱ τοιοῦται καὶ μόνιμοι εἰσί. Perfecta alias
 actio est etiam nutritio; sed quia motus aliis gratia est,
 & non in toto duntaxat instrumento tota, sed in quavis
 particula tota inest, τὸ λεῖαι illius comparatione non est.
 Non enim hīc, ut ibi, partes omnes in actionē aliquam
 conspirare consummatam videntur. Præter iam dictas
 aliæ quædam sunt actiones partium, quæ neque purè
 similares sunt, neque proorsus instrumentales: sed mixtæ
 seu mediae vtrumq; extremum participantes. Talis est
 motus cordis, itemq; generatio chyli in ventre, & aliæ
 infinitæ fermè. Hæ à temperie inchoantur quidem, at
 insitum structura non absoluuntur. Quod enim propter
 temperamentum cor sic moueatur, contro-
 versia caret. Quod idem sic diduci & contrahi non pos-
 sit, nisi cavitates tales haberet, æquè manifestū est. Sic
 ventriculus cibos alterat ac mutat propter tempera-
 tivæ, continent autem tot simul propter capacita-
 tem. In humore oculi chrystalloide actio est purè si-
 milatis, nutritio: & purè instrumentalis, receptio specie-
 rum colorum. Hæ namque propter conformatiōnem
 & levitatem in eo sīstuntur, sicut in polito quodā spe-
 cule rerum oppositarum imagines sīsti solent. Quam-
 uis leuitas & puritas ista nō possit adesse, nisi tale prius
 adsit temperamentum, aliud tamen est à temperamen-
 to. Cæterū in corde (quoniam huius mentio facta In corde actio
 est similaris,
 est) actio reperitur purè similaris, nutritio: & purè in-
 strumentalis, receptio sanguinis & expulsio fuliginis. instrumentalis
 & media.
 sharum enim causa prima est cavitas seu structura cor-
 dis denique media, de qua dictum nuper fuit. Omnes
 bas in alijs quoq; partibus reperiet, qui attendere vo-
 let. FVR. Ad quodnam genus refers ratiocinationem?
 E.R. Dico instrumentalem esse, si ad cerebrum respicias:
 quoniam læditur cerebri temperie non læsa. Etenim,
 ut alia nunc omittam, in Epilepsia, quæ subito inuadit,

temperamenti nulla mutatione facta, impeditur vis ratiocinandi vna cum alijs virtutibus principalibus. Sic in compressione ventriculorum perit (quemadmodum nero cōpresso perditur sensus ac motus) quamvis intemperies nulla præcesserit. FVRN. Sed & temperamentum vitiato corruptitur. ERA. At eo illæso manente, non manet illæsa ratiocinatio. Atq; impossibile est, vt cùm actio aliqua offensa vel impedita est, causa eiusdem immediata seu proxima secundum naturam habeat. Ex quo perspicuum fit, temperiem cerebri non esse immediatam causam actionum principalium. Nec cessaria est temperies propter duo. Primum, quia præ-

*Necessitas tem-
perie in cere-
bro.* ditum anima & facultatibus suis esse non potest, nisi propter temperamentum. Deinde, quia absque eodem nequit aptum instrumentum esse: sicut expositum fuit. FVR. Quid de Spirituum temperamento ais? Num hoc etiam proximam causam negabis? ERA. Negabo: licet concurrere ipsos oportere consimili fermè modo putemus, quo ventriculi temperiem cum eiusdem copiam semel concoquendam. Quòd enim sic satis temperatis manētib; spiritib; actiones cerebri proprię interdu-
*Insomniū est
delirij quædam
spholes.* dantur, ex insomnijs patet. In somno etenim propter permissionem vaporū cum spiritib; (vel ob aliud quippiam) errant imaginatio ac ratio: quantumuis temporementum alteratū non sit. Non enim posset hoc tam repente corrigi. Quippe expergefacti statim sapimus. Idem dici potest de delirio faciliter & breui ex subita consternatione, aut capitis percussione orto. Fortasse & vertigo hoc apte referatur. FVRN. Qua ratione ergo offenditur actio mutato temperamento, si causa eius non est? ERA. Non dico causam non esse, sed non esse propinquissimam & immediatam: verū adiuuantem-
*Cur lesō tem-
peramento le-
datur actio in-
strumentalis.* quo-

quoties causæ plures ordine conueniunt ad certi effectus productionem, prioribus lœsis consequentes necessario præpediantur: his autem impeditis non est neceſſe, vt præcedentes offensam participant. Semper enim quæ præcedunt, generaliores sunt, ac rationē causarum habent sine quib. posteriores agere nequeunt: quamvis sine his illè determinatum effectum procreare neutiquam valeat. Sic anima cessante nihil possunt instrumenta seu membra. Sed his ægrotantib non est necesse animā ægrotare. Eodem modo temperamento non nihil alterato, nō est necessarium, vt instrumentum vel perierit, vel nihil omnino agat, licet corruptè agat: sed instrumenti fabrica corrupta etiam si tempes- tis integra manserit, actio fieri nequit. Pone quinque causas ordine præcedere effectum, & primam seu remotissimam ab effectu impeditam esse. Hoc posito necesse est consequentes quatuor cum effectu pro lœsi- nis proportione impediri. Si ab hac tertia cogitetur of- fensa, primæ duæ liberè agent, at duæ ultimæ cum effec- tu offensæ participes erunt. Si proxima effectui causa siue ultima oblaesa tantum fuerit, solus effectus pro ratione noxæ impeditur, præcedentibus quatuor absq; impedimento agentibus. FVR. Satis hanc rem intel- ligo. ER. Addamus iam dictis hoc etiam. Si rationis causa propria esset sola temperies, id est, si actio esset verè similaris, eiusdem generis proximi complexu con- tinerentur ratio & concoctio. Nam vt omnium corpo- ris partium temperamenta vno genere temperamenti comprehenduntur, ita necesse est actionum, quarum temperamenta sunt propriæ causæ, vno quodam gene- re contineri. Etsi enim concoctio ventriculi, hepatis, cerebri, & singulari partium, plurimum distant, omnes tamen concoctionis genere clauduntur. Quod verò tu genus esse dices concoctionis & ratiocinationis? certè

*Actiones simi-
lares continen-
tur genere
temperamenti.*

plus quam genere differunt. Hoc si non esset, non magis different, quam concordia cerebri differt a concordatione iecinoris aut alias partis. Iam quomodo rationem reddes cerebri conformatio*n*is, figure*n*, cavitatum, amplitudinis, compositionis adeo mirificæ ex partibus tam diuersis, si a temperie actiones principes nascuntur, quomodo nutritio ab eadem fluit? FVR. Generationis spirituum causa factum figuratumque; sic dicam. ER. Generantur alibi quoque ut in corde sine tanto apparatu spiritus in maxima copia. Quare maius aliud spectauit sapientissimus conditor in cerebri structura. Sed dic mihi, quæso te, an non spiritus putas primum & proximum actionum cerebri instrumentum? FVR. Omnimodo. Idem omnes semper mecum existimarent medici & Galenus in compluribus locis constanter asserteauit, & in 7. de Plac. Hippoc. & Plat. solidissime probauit. ER. Primarium dicit instrumentum esse animæ in pluris locis: at non proximum & solum. Est enim & visus & aliorum sensuum instrumentum, sed cum alijs instrumentis magis particularibus consociatus. In cerebro autem sic est instrumentum actionum principium, ut nullo alio extra ipsum indigeat corpore vel particula, cuius opera actiones primarias absoluat. FVR. Tuo te gladio iugulabo. Si extra cerebrum existens non est instrumentum ratiocinationis, ne in ipso quidem fuerit. Nam substantia neruorum orta est ex cerebri substantia sola siccitate ab ea differens. Membranæ quoque quibus integuntur ex cerebri membranis propagantur. Quocirca si in eadem neruorum substantia inest extra cerebrum spiritus, idem quoque operabitur. ER. Non solùm spiritum affero instrumentum esse, sed unde cum admirabili cerebri structura. Hoc tantum affirmavi, eum nullo alio instrumento extra cerebrum posito sic egere, quomodo ad perceptionem colo-

Non solus spiritus est instrumentum ratiocinationis,

colorum (exempli gratia) oculo habet opus. Ergo cùm
 extra cerebrum non sit talis apparatus & fabrica, in qua
 velut in officina propria, anima spiritus ministerio cu-
 dit actiones illas, minimè mirū est, in solo cerebro eas-
 dem exerceri. Nec aliud ostendendum suscepi, quam
 non cerebri corpus, sed structuram eius vñā cum spiri-
 tu inchoare & absoluere actiones principes. Non enim
 vel spiritus sine constructione illa, vel hæc absq; spiritu,
 sed ambo simul iuncta instrumentum sunt toties no-
 minatarum operationum. De ventriculis cerebri non
 ita loquimur, sicut anatomici eos in cadaveribus con-
 templantur. Cùm enim spiritibus destituuntur, nō ma-
 gis sunt instrumenta rationis quām oculus lapideus vi-
 sionis. Et spiritus in membris existentes propter can-
 dem causam ne sensionis quidem instrumenta perfe-
 cit, sed rerum tantū species ad cerebrum trans-
 mittit: in quo solo facultas dignoscendi aut percipien-
 di inest alterationes in sensuum instrumentis factas,
 ut supra declaratū memini. Scribit Sauonarola, (& simi-
 lia referunt alijs) quendam ex casu fatuum esse factum,
 & talem permanisse. Hic cùm alio malo nullo videre-
 tur laborare, structuram cerebri procul dubio corrupti-
 in casu. F V R N. Præclarè iam video, quid responderi
 possit testimonia Galeni proferentibus, in quibus ait,
 in quo quis instrumento vnam esse particulam, quę pro-
 pter temperamenti proprietatem princeps causa sit a-
 dionis eiusdem. Nec minus peripcio, quatenus verum
 sit, quod ab alijs affirmatur, qui cerebri corpus ob id ra-
 tiocinationis faciunt instrumentum, quia in hoc, non vbi seruentur
 in spiritibus simulacra rerum per sensus receptarum rerum simula-
 conseruentur. Spiritus enim, aiunt, in momenta ferè chra per sen-
 sionum subiecta censeri. Ab hac sententia non abhor-
 tet Galenus, qui hoc idem cum alibi tum in 3. de Loco-

Instrumentum
 actionum prin-
 cipiū quod sit.

cis affectis cap. septimo affirmat his verbis. Cūm quæ in Anatomicis apparent, consideraremus, inquit, verisimile visum fuit, animam in cerebri corpore residere, in quo etiam ratiocinatio fit, η τῶν αἰσθητῶν φαντασίῶν διπλεῖται μνήμῃ. E R. Quo in loco cerebri, & qua ratione species rerum conseruentur, me ignorare libens fateor. Puto autem huius quoque rei causam in instrumenti fabrica potius, quam in cerebri corpore seu tem-

Nerui cerebro peramento quærendam esse. Etenim nerui eiusdem non continuati sunt cum cerebro substantiæ, & nihilominus hæc vires in se & ex se non habent, sicut dictum est. Quinimum ne sensus quidem motusq; vim possident, sed à cerebro continuè accipiunt, quomodo aer lumen solis à sole recipit. Quòd si ne has quidem vires obtinent, quoad talis substantia temperamentoq; prædicti sunt, sed quoad instrumenta sunt deportationis spirituum & facultatis, multò minus specierum conseruationi destinati videntur. Ergo ne cerebrum quidem his de causis locus est specierum. In spiritu idola recipi certius nouimus. Nam in vertigine videmus rerum species in circulum moueri, cùm certum sit corpus cerebri non rotari. Si igitur neque res, neque huius simulacrum, neque cerebrum, neque aliud quicquam voluitur extra spiritum, non viderentur nobis res circumagi nisi cum spiritibus earum spectra seu idola circumducerentur.

In vertigine spiritus uerè rotantur. Sane spiritus in vertigine verè moueri (nec esse id nudam imaginationem) ex eo perspicitur, quòd ægrotantes hoc malo sæpe consistere nequeunt, sed concidunt. Ratio quoq; adducta parum firma est. Nam si idola rerum, quæ à corporibus, quorum sunt idola, tota adhuc pendent (ablata enim re visibili eodem momento à medio tollitur eius imago.) in aere immota perstant, tametsi vento spirante continuè alius abeat aliusq; accedat, po-

uat, poterunt magis spiritualia facta (non enim extinguntur, re, à qua fluxerunt, demta, sicut illa) facilius in spiritu persistere. Facile est intelligere, non sic inesse in spiritibus aut cerebro, quomodo in speculo vel aere insint: at difficile est dicere, quomodo vel in spiritu, vel in cerebro consistant: nec me pudet confiteri me nescire. FVRN. Intelligo nunc clarè quod scire cupiebam, scilicet ratiocinationem actionem esse cerebri instrumentalem, non similarem. Evidem vel sola duo illa, quæ attulisti, de Epilepsia in uasione, & cerebri ventriculorum compressione, adeò firmiter propositum probant, vt nemo nisi amens, dubitaturus mihi deinceps videatur. Videor mihi causam videre, cur Galenus Epilepsiam dixerit cerebri morbum esse. Intellexi non minus, quæ pars cerebri præcipue afficitur. Restat igitur, vt, quæ & quotuplex hæc affectio sit, indagemus.

Galenus tres eius species fecit: quarum primam in ipso cerebro causam habere ait: alteram speciem ventriculi vitio fieri censet, cùm ex eo vapores vitiosi ad caput tolluntur: tertiam aliarum partium consensio- ne, ex quibus vel qualitas, vel aura quæpiam ad cerebri posteriores obstruentibus suscitari. Argumento commouetur isto, quòd subito hic morbus fiat, ac subito iterum soluatur. Non potest autem (sicut ipse recte ratiocinatur) intemperies aliquæ tantorum malorum causa velut in momento gigni, aut repente iterum aboleri. Materiam ergo mali causam esse perspicuum est. Sed cùm fieri non posse videatur, vt tenuis aliquis spiritus vapórum confessim cerebri ventriculos fatis amplius oppleat & obstruat, necessarium esse arbitratur, vt humor crassus latusq; in eos illabi statuatur.

*Species Epilepsia
triæ sunt.*

Qui vt crassitie sua spatioſos cerebri ſinus celeriter po-
teſt occupare , ita ex eisdem citius, quām ex anguſtiori-
bus meatibus rurſus excuti valet. Vtriusq; igitur acci-
dentiſ, ſubita videlicet inuasionis, & celeris ſolutioniſ
cauſa eſt ventriculorum capacitas: cūm nec repleri ſta-
tim ab alio quām crasso lentoq; humore poſſint, nec
extrudi eiusmodi ex locis connuentibus ſemel valeat.
FVR. Num & mordaces vapores e ventriculo ſubla-
tos, & auram ex alijs membris elatam obſtruere cere-
bri ſinus illos opinatur? E R. Vix auſim hoc ex eiusfen-
tentia affirmare. Nec fieri villo modo poſteſt, vt vapor
tantillus, quantus ex ventriculo exhalat, ſic inferciat
occludatq; cerebri capaces illos ſinus, vt ſpiritu aditus
ad membra intercludatur. Quo pacto verò aura ſpiri-
talis ita ſubtilis & exilis, vt per anguſtiffimos membro-
rum poros abſq; impedimento celeriter ad cerebrum
permeet, eiusdem ventriculos complere ſic poterit, vt
ſpiritibus animalibus vias omnes intercipiat? FVR. At
poſteriores medici non dubitarunt afferere. E R. Ve-
rum eſt. Sed obſtructionem non eodem modo efficer-
e

*Non omnia E-
pileptia obſtru-
ctio eſt apud
Galenum.*

*Quomodo ua-
por ſubtiliſi-
mus obſtruat.*
dixerunt, quo crassi viſcoſiq; humores opplendo & in-
farciendo cauitates occupant. Cūm enim, inquiunt,
vel ab acri vapore, vel à maligno ſpiritu cerebrum mo-
leſtia afficitur, contrahitur in eum finem, vt noxia ex-
pellat. In hac contractione collabentibus parietibus
clauditur & obſtruitur. FVR. Prudenter quidem fece-
runt, cūm proximam cauſam vnam eſſe dixerunt. Non
enim video quomodo defendi poſſit, vnam Epileptiæ
ſpeciem ab obſtructione, alias à mordicatione primò
prouenire: cūm ſimilium, imò eorundem accidentium
eandem quoque cauſam ponere neceſſe habeamus.
E R. Galenus non largitur tibi, eius ſymptomata, que
per conſenſum fit, ſimilia omnino illius ſymptomatis
eſſe, quæ ab humore in cerebro nato collectoue ſaci-
tatu;

tatur, (in qua opinione Cælius quoq; Aurelianus fuisse
videtur) Quippe huius conuulsiones magis continuas, *Differentia*
illius magis interruptas esse: ac veluti palpitationes & *specierum Epi-*
tremores quosdam videri ait. Videmus præterea Epi-
lepticos quosdam non multū quat, sed membra quæ-
dam resolutis quām cōuulsis habere similiora. FVR. Si
non eadem essent fermē in omnib. speciebus sympto-
mata, non possent Comitialis morbi species censerī.
Eadem sunt in omnibus: & accidentalibus quibusdam
differentijs solummodò distinguuntur: quales ex labo-
rantiū potius corporum ac naturarū varietate, quām
ex morborum diuersitate nascūtur: vel ex quadam cau-
fatum permisiōne proueniunt (vt cūm post solutum
paroxysmum aliquod membrum resolutum remanet)
vel certè ex maiore minoreq; copia & acrimonia cau-
farum morbum hunc efficiētum oriuntur. Sic alij
spumam ex ore emittunt, alij sine spuma concidunt &
torquentur. Sed dic iam nobis, quid de eo sentiendum
arbitreris, quod Galenus omnium approbatione scri-
psit, nam Epilepsia speciem obstructionem cerebri si-
natum à crasso lentoque humore excitatam esse: reli-
quas vel à vapore mordaci, vel ab aura spiritali venena-
ta proficisci? Non enim nescio, te Auerrois rationes
contra Galenum ponderauisse. E R. Nec ab humore
crasso, quatenus obstruit, effici existimo hūc morbum,
nec obstructionem esse censeo. Non potest negari, quin
Auerroes sēpenumero vel odio Galeni, vel certè studio
quodam tuendi Aristotelem, medicorum placita iniu-
scē carpat: sed hoc in loco damnare eius sententiā non
possim. Est enim veritati & rerum euidentiæ consen-
tanea, sicut mox audies. Nunc enim id volo monstrare,
morbum Epilepsiam, qui causa est horrifcorum sym-
ptomatum, quæ in ægrotantibus cernimus, non esse
obstructionem cerebri ventriculorum. Deinde non es-

Epilepsia non
est obstrucio.

fici eum ab humore crasso easdem cauitates replete & obturante ostendam. Ad prius quod attinet, argumenta admodum firma, & coniecturæ valde probabiles adduci possunt. FVRN. Ego verò indubitata m demonstrationem expectabam. Rationibus verisimilibus etiam alij suam defenderint opinionem. ERA. Tuum aliorumq; sit iudicium, vtra sententia certioribus naturatur argumentis. Omnis obstrucio ventriculorum cerebri claudens viam spiritibus ac facultatibus animalibus tantum eripit sensus ac motus subiectis membris, quantum obstruit. Quippe priuatio sensus ac motus in sanis nervis esse nulla potest, quantis per sensum motumq; à cerebro suscipiunt. Et ut maxime aliqui nervi malè affecti sint, atq; ob eam causam facultatis à cerebro proficiscentis non sint participes, omnes tamen simul corporis totius partes, viuente homine, impossibile est hactenus prater naturam affectas esse, vt motus sensusq; à cerebro influentis capaces non sint. Quocirca necessarium est, vt quotiens simul omnes præminatis potentijs priuatæ inueniuntur, ipsum principium non communicare suas vires statuatur. Non enim fieri potest illa vis, vt cerebro naturaliter habente, universæ corporis partes motu sensuq; destituantur, sicut fieri non potest, vt cerebro facultatem non communicante, vel momento temporis reliquæ partes sentiant ac moueantur. Et cum maiore spirituum ac virium copia opus sit ad motum quam ad sensum, impossibile proflus est, vt membra vim mouendi à cerebro accipiant, ventriculis obstructis: hoc est, spiritibus adiutoriis, membris præcluso. Nam meatibus, per quos spiritus & facultas ad membra seu nervos permeant, clausis, protinus est necessarium, vt sensu ac motu careant membra, quæ participare prius solebant. Dicam breuius & plausius. Impossibile est, vt cerebro & corporis partibus lanis,

fani existentibus, si viæ sint expeditæ, motu ac sensu
 spolientur membra, quæ participare prius solebāt. Nec
 minus impossibile est, vt, dum membra sensu motuque
 orbata sunt, vitio in ipsis nullo inuento, omni vitio ce-
 rebrum careat. Quod si ne in huius quidem substantia
 & temperie morbus esse ponatur, necessarium omni-
 no est, vt in figuraione aut meatibus morbus aliquis
 existat. Quoties enim cerebrum rectè valens spiritus ac
 vites suas communicare partibus subiectis pro more
 cessat, necessarium est, vt viæ obturatæ ponantur: cùm
 scilicet malum aliud nullum præsto est: quod in pro-
 posito ponimus. Rursus quoq; necessarium est, vt mea-
 tus, per quos penetrare ad subiectarum partium ner-
 uos spiritus & facultas solent ac possunt, occlusi non
 esse concedantur, quantisper motum non deperdide-
 rint. At in Epilepticis conuulsionibus motus mem-
 bra non tantum nō deperiit, verumeriam austior
 radus videtur. Impossibile igitur prorsus est, vt ventri-
 culi vel ab humoribus crassis obstructi, vel propter con-
 traditionem & contactum parietum sint clausi, vt vltro
 citroque commeare spiritus & facultas non possint.
 FVR N. Validissima videtur ratio tua. Sed habeo quæ
 opponam: quæ si aptè dissolueris, quid porrò obisci possit
 necio. Motum ac sensum deleri statim ais, ac conti-
 nuatio influxus cerebri interrupta sit. Quo pacto igi-
 tur in quibusdam animalibus prædictæ potestates in-
 sciunctis à reliquo corpore partibus aliquantulo tem-
 pore saluantur? Videtur enim ratio postulare, vt idem
 in omnibus contingere posse credamus. Deinde quo-
 modo in Epilepticis motum relinquiri, sensum non re-
 linqui affirmas? Contrarium vsuuenire quotidie cerni-
 mus; & ratio à te paulo antè adducta comprobat. Po-
 tremò non videtur motus, quo in Epilepticis mem-
 bra quauntur, ab influente è cerebro facultate nasci,

Dum partes
 mouentur, pri-
 uate non sunt
 influxu cere-
 bri.

Obiectio.

Obiectio alia.

Obiectio ter-
tia.

**Gradus sunt
inter animas
nobilitatis &
ignobilisatatis.**

sed potius cerebri concussionem consequi. ER. Antimarum ordines siue gradus esse nobilitatis & ignobilisatatis certum est. In simili locum tenet vegetatrix plantarum, paulo supra alias formas materiales exaltata. Hae facultates habet pauciores & confusas valde: ac proinde in subiecto inest parum distinctas obtinentes partes. Nam omnes fermè attrahere & concoquere alimentum possunt. Quo fit, vt in quauis parte scipsum facilè tueri, & quasi propagare valeat. Animalium anima paulo concendit altius: & facultates plures ac magis distinctas continet. Vegetatrixem potentiam tanto fortita est nobiliorem, quanto plantarum anima est præstabilior. Ideo instrumentis pluribus magisq; distinctis indiguit: nec per quamvis partem alimentum recipere potuit. Et in animalium genere alia alijs altiorem dignitatis gradum pro facultatum & officiorum multitudine & præstantia consecutæ sunt. Et quæ in censu inferiore collocatae sunt, & plantis propiores manserunt, facultates suas magis confusas retinuerunt. Hinc factum est, vt quamvis diuisa eiusmodi animalia vivere non possint, instar plantarum, (quia non in omni parte os & ventriculum habent,) aliquantulo tamen tempore propter potentiarum animæ confusionem sensum motumq; partes diuisæ retineant. Videntur autem diuisæ partes, si alimentum recipere & coquere instar aulorum palmitū potuissent, victuræ fuisse: præterea quod facultates habent mistas & valde materiales, spiritus crassos & viscidos, meatus strictos, calorem difficulter expirabilem. Perfectiora, quæ potestates animæ plures, & instrumenta magis distincta obtinuerunt, non perinde possunt in diuisis partibus animæ vires ostentare. Accedit, quod in his, quam illis calor major, meatus patentiores, spiritus exiliores & discutitores habiliores. Tertium locum occupant animæ rationis com.

**Cur animalia
quædam diuisa
motu sensumq;
retineat in par-
tibus diuisis.**

**Cur perfectio-
rū partes sepa-
ratæ nō sentiat.**

compones. Hæ non substantiam, sed facultates inferiorum animarum complexæ sunt, sed gradu longissimè nobiliore. Nam hæc ad Dei optimi maximi similitudinem quandam initio creatæ sunt, ac nutritionem & sentiendi mouendiq; facultates infinitè meliores & præstabiliores nocte fuerunt plantis & brutis. Non enim multiplicibus tantum officijs & facultatibus reliquas superarunt, verum etiam origine diuinitatis, & recessione à materia omnibus alijs antecelluerunt. Materiae non sunt, vt illæ, immersæ: nec eandem omnibus suis facultatib. vt illæ informant. Est enim in anima facultas quædam, quam Græci Νοῦ, nostri Mentem vocant, quæ corporis partem nullam informat. Princeps hæc est potestas, operationemq; suam non in tempore, sed in instanti habet, / errant plurimum, qui r̄tu Δένδροι ac id est, ratiocinationem corpori non communicare disponunt ac sentiunt) estq; ὡς ὁρᾶν, sicut aspicere, vt ait Aristoteles. Quod cum animaduertisset summus hic vir, non est veritus animam humanam immortalē pronunciare. Qui de Menti nostræ immortalitate eum dubitauisse putant, non satis attentè viri huius scripta expenderunt. FVR Idem disputauit ac statuit, infinitum actu nullum dari, & mundum æternum esse. Qui bus positis, necessum est, vt vel pugnantia scripserit, vel animas certo numero semper extitisse, plurimaq; immò infinita, corpora diversis temporibus animauisse puterit, vel vnam in omnibus mentem esse ratus sit, vel mundi eternitatem serio non crediderit: quod permultis visum fuit. ER. Huius rei, quam obiter attigi, explicatio hoc non pertinet. Hoc solùm innuere volui, animas humanas non perinde vt brutorum materiæ affixas esse: vt quæ parte sui nobilissima corpus non interficit, atq; ideo ab eodem separabilis existat. Ex quo sequitur, sensus motusq; facultatem, qua præcipue cere-

Animæ rationis origo diuina.

Aristoteles animam rationale immortale pronunciauit.

brum occupat & informat, non sic adhærescere alijs partibus, quomodo in plantis vegetatrix (& in monnulis animalibus sensus quoq;) inhæret. Nam in cerebro residens tanquam sol quidam, radios in subiecta membra ministerio nerorum iacit: quorum continuatum cerebro tām est necessaria, quām solis radiorum cum sole. F V R. Si spiritus animalis de cerebro demissus in membra, in eisdem permanere aliquandiu, non subitō exhalare, ponatur, & vel per ligaturam vel alium modum continuatus cum cerebro non esse cogiteur, sensum ne præbebit membro tantisper dum manet, an non? ER Non exercebit sensum infra interruptionem continuationis: etiam si ipse non exspirauisse statuatut.

Spiritus animalis quomodo sensum adferat partibus. Quippe non substantia sua spiritus, sed quoad est perfusus radijs animæ sensum adfert membris: quos tām non licet à virtute cerebri detruncare, quām non licet nobis solis radios ab eodem diuisos, interceptos fernare. F V R. Videmus tamen capita decollatorū aliquando linguam exercere, labia aperire, buccam distorquere, palpebras mouere. ERA. Hoc ad rem institutam non spectat. Quoniam nerui faciei, linguae, &c. ex cerebro oriuntur. Quare nō est mirum quod aliquando conuelantur, cùm in cerebro tanta fit omnium commixtio.

Cur in decollatorū capitib. partes quædā nonnunquam moueantur. Quanquam ob eām quoque causam euenire fortasse possit, quod pars medullæ spinalis, quæ in primis vertebris atq; intra cranium est, post dissectionem contrahitur (sicut præcisi nerui & corpora lenta atque tensa omnia solent.) & sic aliquorum nerorum conuulsionem efficit. Si in partibus non supra, sed infra sectionem tale quippiā cerneretur, aliquid dicere nobis meritò videreris. At hē partes statim & in oculi fermè mento resolutæ apparent. F V R. Imò aiunt, si quis decollati pedum soleas post horam vnam aut alteram ferro acuto perfodere conetur, pedes cadauer retrahere quod

An decollati pedes moueantur, soleas pedū compuncta.

quod iudicium esse iudicatur relicti sensus. ER. Nugæ sunt, quas rudis plebecula admiratur, causarum ignara. Primum nescio an aliquid tale factum sit vñquam. Si contigit, in causa hoc fuit, quòd dum ferrum altius intrudere voluit, pedem sursum trusit. Cessit libentius, quòd nerui instar coriorū post nimiam euacuationem facile solent contrahi. FV R. De hoc capite nimis multa disputauimus: ad alterum perge. ERA. Ideò nullus est sensus in Epilepticorum membris, quia principium sensus, id est, sensus cōmuni oblatus est, nec alteratio- nem in membris factam percipit. Motus autem adest, quia & facultas eis non est negata, & imperium motus non intercidit. Vera igitur est sentētia supradicta, non posse motum membra seruari sensu extincto (cùm per vnum neruum sentiendi ac mouēdi facultas defertur) quando cerebrum rectè naturaliterque habet. Quod *Quomodo sensio fiat*, tale est. Ut sensio fiat, duo requiruntur. Vnum est, *sensio fiat*. Alterum huius alterationis perceptio. Nisi enim alteratio in sensus instrumento ab objecto sensibili facta ab anima in cerebro residente comprehendatur, sensio non magis fit, quam in speculo animali experte fiat visio, cùm in eo rerum oppositarū imagines reperiuntur & sistuntur. Quā ob rem in Epilepsia, in qua sensus cōmuni præpeditus est, sensio ideo non fit, quia alteratio in instrumento facta à sensu communis non simul percipitur. Frustra enim spiritus & facultas per neruos disseminantur in membra, quotiens Princeps sensus impeditus est. Frustra quoque expectatur sensio, cùm princeps sensus valet quidem, at spiritus vel facultas ad membra nō peruenit. Oportet enim & hæc per neruos membris communicari, & illum recte valere expeditum q; esse. Non enim pars eadem est instrumentum primum & secundum. In motu similis est ratio. Requiritur enim hīc etiam instrumentum *Motus ut fiat*.

*Cur Epileptici
cum mouean-
tur, non etiam
sentiant.*

quod tendi ac laxari possit, musculus scilicet, & præter hunc opus est appetitu, qui motū imperet: hoc est, qui vel fugere vel persequi rem perceptam iubeat. Frustra præcipiet anima musculo, si cōtrahi extendiq; nequeat, etiam si plenus sit spirituum animalium. Frustra quoq; tendi laxarique habilis est, si retrahi vel laxari nemo mandet. Vtraq; igitur adesse in motu oportet, instrumentum congruenter naturæ formatum, spirituq; animali perfusum, & potentia motum præcipiens. Ergo cùm in Epilepsia adsit musculi concinnè fabricati vna cum spiritu animali, & adsit etiam motum imperans, vt postea intelligemus, non debes mirari, quòd mouen-

Membra Epi-
lepticorum nō
carent spiritu
& facultate a-
nimali.

tur membra, licet non sentiant. Etsi enim spiritus seu facultas sentiendi non deest membris, deficit tamen alterum principiū, nempe sensus princeps. Quòd si Aucto- cenna (& qui eum sequuntur) aliud intellexit, cùm sensum non prorsus tolli dixit, quid ei credendum sit iacere nescio. Nam cōmunis sensus actio duntaxat im- pedita est, vt non, sicut antea solebat, sensibilia alterationes cognoscat & dignoscat: etsi prorsus extincta non sit. Ut rectius, quod volo, intelligas, considera pri- mū, hominem certi aliquid intentissimo animo co- gitantem. Is inter eundum prætereuntes ac notos non videbit, alloquentes non audiet, locum ad quem con- tendebat, fortè præteribit. In membris spiritum adesse, vel ex motu planum est. Ideo ergo non æquè vt prius, sentit acutè, quia mens alio conuersa est. Dormienti- bus quoque spiritus in membra influit, quod ex motu intelligitur, tametsi obscurè sentiant. Obscuri huins sensus causa non est defectus spirituum in membris, sed principiis sensus quies. FVRN. Tu ergo somnum ab obstrukione fieri contra communem omnium opi- nionem negas? ERA. Prorsus nego, falsumq; esse scio. FVR. Quomodo ergo & à qua causa generati putas? ER.

ERAST. Alibi hoc expositum est: nunc aliud agimus.
 Superioribus, si libet, adde soporem, & Catalepsin. In
 his morbis tantum influere per neruos spiritus in mu-
 sculos thoracis, quantū mouendo thoraci sufficit, (re-
 spiratio enim libera est, aut leuiter impedita) euidentia
 docet. Quod etiam partes aliquas interdum moueant,
 qui Catalepsi laborant, res ipsa monstrat. Causa igitur,
 quod non sentiunt, nō est penuria spiritus in membris,
 sed principis sensus lesio. In Caro enim ventriculi prio-
 res, in quibus sensus communis operationes præcipue
 exercentur, in primis afficiuntur, postremo sinu, ex quo
 sub capite positis membris spiritus communicantur,
 sermē illāsō permanente. Quocirca non ideo non sen-
 tiunt Epileptici, quia spiritus nō præstō sit in membris,
 sed quia facultas cerebri alterationes membris à sensi-
 bus impressas non percipit. FVR. Si neq; habilitas
 instrumentorum, neque facultas imperans eis motum
 abet, quā sit, quod depravatē adeō mouētur? ER. Quia
 potestas hæc mandans motum læsa est, & confusè im-
 perat omnibus, non distinctè his vel illis, quantum ten-
 di laxariūcē debeat, præfinit. FVR. Verum ergo est, quod
 aiebam, motum hunc non esse naturalem, sed propter
 cerebri concussionē fieri. E R. Morbosum, corruptum,
 naturaēque inconuenientem esse fateor. At ex hoc non
 sequitur, quod tu inferre conaris, sine spiritu ē cerebro
 per neruos descendente eum fieri. In Apoplexia & Pa-
 ralyse, in quibus ei accessus ad membra præclusus est,
 nullus fiet motus, quomodo cunq; cerebrum cogites
 concutī: quia sine spiritu à cerebro demisso nō possunt
 per se moueri. In Epilepsia mouentur, quia ex cerebro
 manantem spiritum recipiunt, sicut abundē iam decla-
 ratum fuit. FVR. Non possum reluctari amplius, sed li-
 bens concedo ipsa veritatis vi, rerum euidentia, & ar-
 gumentorum firmitate coactus, morbum, qui Epilep-

*Somnus nō est
obstructio.*

psia dicitur, seu qui Epilepticorum symptomatum causa est, nequaquam obstructionem ventriculorum cerebri, sed aliud quiddā esse. Sanè in obstructionibus tantum necesse est motui decadere, quantum obstrunctiones augentur. Si ergo dimidia pars sinuum esset obstrincta, iuxta portionem resoluta semper appareret membra subiecta. Tantum verò abest, vt motus sit quam prius fuerat, debilior, vt plurimū auctus videatur. E R. Etsi hoc satis est demonstratum, tamen alia quādam insuper addam, vt falsa hæc persuasio facilius ex animis hominum deleatur: quæ si non confirmabunt, saltem illustrabunt sententiam nostram. Primum hoc esto, quod complurium Epilepticorum cerebrum distractum nihil habuit, ex quo talis obstrunctione colligi posset. Disseceti enim alij sunt, in quibus ventriculi aquo humore aliquando etiam cruento, pleni apparuerint, quamvis Epileptici nihil fuissent passi. Quid quod sternutationem omnes censuerunt adhuc esse Epilepsia, silem finitimamq; affectionem, vt permulti non sint cunctati affirmare, nihil aliud esse leuem Epilepsiam, quam fortrem sternutationē. Evidem sicut cerebrum, quod in naribus, vel instrumento odoratus, vel si ita libet, in cerebri prioribus ventriculis acre mordaxq; intentat, ita in Epilepsia quod noxium, mordax, aut naturæ eius inimicum in omnibus ventriculis continetur, expellere nititur. Fit quoque in sternutationibus aliquæ conuulsionis velut species in facie, vt hac quoq; in parte ad eam proximè accedat. Cæterum in sternutatione obstrunctione nulla est: ergo nec in Epilepsia obturatio ranta comminiscenda est. Neq; opus est, vt in epilepsia putemus membra spiritu animali magis priuari quam in sternutatione spoliari contingit. Huic alterum illud adde, quod Galenus in compluribus locis afferit. Sin-

Sternutatio
magna est par
ua Epilepsia,

gultum esse affectum similem conuulsioni. At hunc certum est non fieri propter obstructam ventris cauitatem ab humore crasso multoue. FVR. At idem alius negat, Singultum sub genere conuulsionum posse collocari. ER. Inter Conuulsionem perpetuam proprieq; sic nominatam, & Singultum, magnum est certe Quiddifferentia. At magna rursus est similitudo inter eundem & concussions membrorum Epilepticas, siue conuulsio. ad ipsos motus, siue ad eorum causas respicias. Vtrobiqui, enim conatur Natura noxia expellere: ac fiunt interruptae illae concussions in Epilepticis ob similem causam, propter quam singultus excitatur. Quo & ipse respiciens, singultum crebro conuulsionem nominavit: tametsi cum vera conuulsione solum nomen commune obtainere alibi recte afferat. De vertigine quid dicimus? Vix quisquam fuit doctus, qui non finitimos vertigo pro- affectus crederet vertiginem & Epilepsiam. Evidem xima est affe- complures ausi sunt asserere vehementiorem vertigi- nem esse parnam Epilepsiam: vt Cæl. Aur. Theod. item Prisc. & reliqui testati sunt. Non in omni Epilepsia ca- dunt agrotantes, sed aliquando solum caput nonnihil mouetur (quod in duabus nobilibus virginibus, cum iam fermè sanatae fuissent, obseruaui.) interdum pedes duntaxat vacillant: vt tamen nondum cadant. Vidi nonnullas vertigines, inquit Montanus, in quibus acci- dentia adeò erant similia epilepticis symptomatis, vt vix dignoscerentur: & à peritis medicis plurimum dubitaretur, vtrum vertigines potius censendæ, an Epilepsia nominari deberent: propterea quod in finibus ver- triusq; morbi consistere viderentur. Cæterum in ver- tigine nulla est in cerebro obstructio sinuum: quamob- rem ne in Epilepsia quoque necesse est hos sinus obtu- rati. Iam & illud consideremus, quod in Apoplexia ob- structio est ventriculorum cerebri: quam Epilepsia vel

*Singultus est
affectio similis
conuulsionis
Epilepticorū.*

*Quiddifferentia
Singultus et
conuulsio.*

nunquam, vel raro praecedit. Oporteret autem semper praecedere, siquidem in hoc tantummodo different (sicut non pauci affirmant) quod Epilepsia sit semipena, Apoplexia vero perfecta obstructio. Par ratio est solutionis. Quippe omnino esset necessariū, ut Apoplexiæ solutionem sequeretur semper Epilepsia. Non enim potest tota tolli obstructio, quin prius media tolatur: sicut necessarium est sinum quemlibet ex dimidio impleri antequam totus compleatur. FVR. Diff

Num apoplexiæ corpus cerebri magis occuperet quam uentre. fert ab Apoplexia alia ratione. Nam in hac non tantum ventriculi, verum etiam corpus afficitur cerebri. Deinde semel & una vice repletur cerebri sinus in Apoplexiæ, non ita tardè ut in Epilepsia. ER. Pugnantia refers. Si enim confertim & semel repletur sinus in Apopleticis, non repletur corpus cerebri. Quomodo enim humor crassus repente permeat cerebri corpus? aut in quibus vasis tanta humorum copia potuit contineri, quæ amplos & capaces cerebri sinus una cū ipsius corpore una vice ac semel compleret? Dico tibi, neutrum esse verum. Quippe non minus citò & inopinato inuidit Epilepsia, quam Apoplexia. Quare æquè celeriter influit ibi atque hic. In ipsum corpus irrepere tam citò, qui posset humor crassus & latus? Et cum ante nullum sentiat, incommodum animal, quam ventriculi occupentur, quid opus est corporis irrigationem huc adducere? Rectè igitur dicimus Epilepsiam non esse diuidiatam obstructionem, cum Apoplexiæ semper neque antecedat neque consequatur. His adde, quod in sapore seu caro ventriculi anteriores cerebri plus quam semiperficiuntur. FVR. Epilepsia non in his, sed in medio aut postremo suscitari creditur. ERA. Non tibi hoc concessio-rit Auicenna, quod iam yltron tibi largiar. At nec relatuio propter horum obturbationem putatur vsuene-
re. At-

re. Attamen in caro membra omnia resoluta potius
quām conuulsa cernuntur. Quæso te, si obstruerentur
sinus cerebri humore crasso lentoq; an non conseque-
re Epilepsiam plerunque Paralysis, quemadmodum
Apoplexiā insequi salubrem solet? Quid dico salu-
brem? Vix quisquam Apoplecticus moritur, quin alte-
rum latus magis altero affectum appareat. Hoc cū in Epileptici ali-
Epilepticis contingit, non solo affliguntur Comitiali quando habet
morbo, sed cum eo Apoplecticū aliquid iungitur, quæ aliquid apople-
causa est, vt nonnullæ solūmodo partes in talibus le-
viter conuellantur. Quò putas ergo humorem illum
in alijs Epilepticis ex cerebri ventriculis extrudi? Sanè
natura eodem deponere tentaret frequentissimè, quò
propellere in Apoplexia affectis, & catharro laboranti-
bus consuevit. Sed quotidiana experientia, vt Galeni
testimonium taceam, quod nostri aduersarij libentius
hinc iustius contemnunt, diuersum probat. Nam nul-
lisse Apoplectici ita leui corripūtur paroxysmo, quin
resolutionē aliquam patiantur. Epileptici verò etiam
granissimè laborantes vel nūquam vel raro admodum
paralyticī fiunt. FVRN Longè alia est Auicennæ sen-
tentia, qui Epilepticos vt plurimū scribit Paralyticos pilepsiam se-
fieri. ERA. Aliquis hoc accidere non inficior. At in-
finitos ferè videmus multos annos hunc morbum su-
stinerè, nec vilam corporis partem resolui cernimus.
Quem ergo locum ostendes, in quem derrudere com-
modè possit tantam materia copiam cerebrum, quan-
tam necesse est in amplis eius sinibus contineri, cùm
semipleni esse ponuntur? FVR Ego tamen vidi ex Epi-
lepsia factos Paralyticos. Vidi quoq; nonnullis pitui-
tosum humorem ex ambabus naribus & ex ore pro-
figere: quod Auicennas quoque annotauit. Quinimò
cujdam huius oppidi matronæ (quæ ex hoc morbo in-
terigit) substantia quædam cerebri substantiæ similima

Epilepsiam re-
rosequitur Pa-
ralysis.

ex naribus effluxit ER. Quis dubitat morbum vnum
occasione posse alijs morbo præbere? Morborum e-
tiam disparatorū causas sæpe videmus misceri: & quod
per se singuli non potuissent efficere, ambos perficere.
Si Paralysis Epilepsiam finiret, quemadmodum Apo-
plexiam finire solet, credi posset ab humore crasso ge-
nita fuisse. At qui Paralyticci ex Epilepticis facti sunt,
multò sæpius paroxysmis corripiuntur: ex quo satis per-
spicitur, aliam paralyseos, & aliam Epilepsiæ causam ex-
titisse. Nos de talibus non loquimur, verùm de eo agi-
mus, quod non aliquando, sed plerunq; euenire oportet, si ab obstruente humore crasso epilepsia gignetur.
Non infrequens est prorsus, vt cum Epilepsia con-
iungatur syncope (quam aliquando præcedere Comi-
tiale, sæpius sequi nouimus) tametsi nullus ob id pu-
tet, proprium hoc Epilepsiæ accidens esse. Humor, qui
omnibus ferè ex ore aut naribus prodit, atq; in pluri-
mis vel spumam vel spumæ quiddam simile facit, non
est mali causa. Nam ipso apparente excretoque paro-
xymsus desineret. Tantum porrò abest, vt ob id mitige-
tur, vt sæpe etiam exasperetur. Dum spuma est plurima,
paroxysmus est vehementissimus: & hoc decrescente,
minuitur spuma: sicut in leuiore paroxysmo nulla cer-
nitur. Quæ omnia palam docent, accessionem spumæ
causam existere, hanc autem paroxysmos neutiquam
fuscatare. Quibus addere hoc etiam potes, quòd in fi-
ne paroxysmi neq; spuma, neque humor crassus reli-
ctus in ore perspicitur. FVR. Quòd spuma apparente
paroxysmus non minuitur, illud est in causa, quòd totus
humor non est depulsus. ER. Manet ergo dicta diffi-
cultas. Quæro enim quòd natura illum humorem, qui
pergit obstruere sive obstruendo paroxysmum exten-
dere, post finitum paroxysmum deposuerit? Certum
est sub finem & post finem nihil tale & tantum sensibili-

*Cum Epilepsia
iungitur inter-
dum syncope.*

liter in plerisque vacuari. Neque dici aut credi potest,
tantum crassi humoris in tantulo tempore (sæpe nam-
que breues sunt paroxysmi) dissipatum fuisse. Rectius
multò Rondeletius hinc effici putat, obstructionem **Rondeletius.**
nullam adesse. Galenus, inquit, in lib. De Vsu partium
scribit, nos sæpe fuisse per Epilepsiam corripiendos,
si per peluim sive *χοάνων* pituita expurgari non po-
tuisset. Quare si obstruc*tion* foret, huius meatus occlu-
sio foret. At non est, cū per eum defluat pituita. **Quod**
in paroxysmo effluit, vt plurimum est nil aliud quam
mucus, qui continuè solet per nares & choanam exstil-
lare. Hoc ferè interest, quod in morbo per vim & con-
fertim excluditur, per sanitatem sensim ejicitur. **Quid** **quis sit.**
Matronæ illi acciderit nescio. Quantum ex narratione
aliorum comprehendere potui, de substantia proces-
sum cerebri, quos instrumenta odoratus esse credi-
posse obstruc*tionem* in ventriculis cerebri genera-
re. Enim rudis est Anatomices, qui nescit. Observatum
cidere, tametsi nihil ex ijs ad cerebrum ascendere per-
cipiatur: ex quo rursus coniçimus, cerebri ventriculos.
obstruc*tione* illa carere. Non enim vñ aliquod mem-
brum, sed plura, imò omnia simul afficerentur. FVR.
Quotiens hoc modo incipit malū, cerebrum nihil ad-
huc patitur, sed paulò post consensu lege patietur.
ER. Scio. Imò affectus ille membra, ante quā noxa causa
cerebro communicetur, est verus spasmus particula-
ris, non autem epilepticus. Quoniam causa Epileptici
spasmin non est in neruis, sed in cerebro. Tu interim co-
roquetota continetur, ad cerebrum elata ventriculos.

Humor in pa-

roxis. epilept.

ex ore effuens

*Epilepsia senes
rarò corripit.*

eius adèo amplosoccupare, & spiritib. aditum ad membra intercipere valeat. An non magnum argumentum illud quoq; est, quod Cæl. Aurelianus, Auicenna, Paususq; scribunt, Epilepsia rarò senes apprehendi? Si ab obstruente humore pituitoso fieret, sæpius decrepitis quam alijs accideret: quos crebrius alijs obstructionibus prehendi, hoc est, paralyticos & apoplecticos fieri conspicimus. FVR. Plurimi authores contrarium assertant. ERA. Videndum ergo vtriora attulerint. Repete memoria tecum, quæ vidisti, & libenter nobis cum fateberis, te paucos valde senes epilepsia, plurimis nuper dictis morbis vidisse corripi aut mori. Omnibus his adde, si libet, quod epilepsia eodem loco sit in quo apoplexia nascitur: testibus medicis. Iam cædem cum facimus causam amborum, nulla erit inter hos morbos differētia, quam maioris & minoris. Equitibus differunt, aliter distingui, quam dictum est nō queunt: vt vel mediocriter eruditio omnes intelligunt. Cæterum symptomata vtriusque probant, discrimen longè maximum inter eos esse: quod cum non sit in loco, in causa querendum fuerit. Sed apoplexiæ causa est humor crassus obstruens. Igitur epilepsia talis non est, sed mordicans & vellicans. FVR. Satis, arbitror, multa, satisq; firma protulisti ad refellendā obstructionem illam decantatam in epilepsia. Quare ad alterius confirmationem accingere. ER. Volui prædictis illas adiicare coniecturas, quæ ex Ephialte (in quo affectu eadem dormientes pati Gal. ait, quæ epileptici vigilantes perpeti solent) atque ex concussione totius corporis, quæ dormire incipientibus frequenter accidit, eueniunt. Sed quia sufficere putas, quæ dixi (ego nimis multa me dissiisse censeo) ad alterum transeo. Haud multis hic argumentis, nec multo sudore opus est, postquam priorum

*Epilepsia et
apoplexiæ lo-
cusi affectus u-
nus idemq;
est.*

rem arcem expugnauimus. Auerroes à flatu mordaci
 & fumo epilepsiam suscitari probauit his rationibus.
 Paroxysmi huius morbi breues sunt: necessarium ergo
 est, vt, sicut in acutis morbis accidit, humor tenuis sit.
 Si obijcias, hunc morbum fermè frigidis molestum es-
 se, atque ob id crassam frigidamq; censeri debere eius
 causam, respondet, humor crassum, frigidum ac len-
 tum dissolui non posse, siue in angustis meatibus, siue
 in patentibus eum inesse cogites, priusquam à natura
 evictus sit. Hoc autem tam citò fieri nullo pacto posse.
 Ratio altera talis est. Morbus per consensum factus, ab
 humore vel aura fit tenui & spirituali. Ergo cum ab hoc
 effici possit, frustra alium quærimus. Argumentū hoc
 etiam suprà recitatum fuit. Quippe oportet omnes e-
 pilepsiarē causas per vnam immediatam & proximam
 morbum efficere. At causa hæc neq; crassa, neq; lenta
 Quare nō crassitie ac lentore, sed alia qualitate mor-
 bum hunc suscitat. FVR. Dictum iam est, obstructio-
 nem nihilominus facere, dum per contractionem ce-
 rebri ventriculorum parietes collabuntur. ERA. Non
 possum persuadere mihi verum esse, quod dicitur. Ete-
 niam experientia certissima rerum magistra clarè & e-
 uidenter nos docet, ventriculis cerebri compressis ani-
 mal sensu & motu continuò priuari. Docet hoc saepissi-
 me Galenus: probant vulnerati: confirmat sectio. Nam
 sive nudatum cerebrum vel caluaria tectum compri-
 mas èò usq; ut ventriculi comprimantur, statim vide-
 bis, que dixi, consequi. At in Epilepsia tale nihil contin-
 git: non igitur fingenda est talis occlusio, ad quam non
 minus, quam ad obstructionem ab humore factam, ne-
 cessere est corporis vniuersi resolutionem consequi.
 FVR. Non repugno hīc amplius. ER. Tertia Auerrois
 ratio hæc est. Galenus curat hunc morbum hiera, quæ
 bilem vacuat: ergo ab humore tenui nascitur. Confir-

*Auerroes epi-
 lepsiam à fu-
 mis nasci pro-
 bat.*

mat rationem, quod propter famem & iram multi hac
passione corripiuntur. His iam adde authoritatem Ari-
stotelis in lib. De Somno & vigilia: & rationes aliquot
ex illis, quas suprà adduximus, ad refellendam opinio-

Galen. epilep. nem de ventriculorum obstructione. Si Galeni quoq;
qmnē dicit ab testimonium postulas, extat id in lib. 3. De Loci affect,
humore acri cap. 7. Quo in loco, cùm epilepsiam per consensum sic
excitari fieri dixisset, quomodo singultus fit, & nonnunquam
huic consentiens conuulsio: & ob id mirum videri no-
bis nō debere, si nervorum principium sic quat videa-
mus, quò noxia expellat, hæc subdit. ἐταῦτοι δοκεῖ
Τὰλλα πάντα τὰ ιλεονοῦσα τὸν λόπωντος οὐρῶν
συνθέματα. Si ergo accidentia, quibus nervosum ge-
nus per interualla concutitur, ob id cuncta encina-
quia excutere principiū conatur molestiam exhibentia
& omnis epilepsia tales habet conuulsiones, quod ex-
perientia certissimè demonstrat, omnem epilepsiam
confiteri nos oportet excitari ab humore nō obstruen-
te, sed qualitate aliqua acri aut venenata molestante.

Fernel. de ab- Recitat Fernelius in 2. lib. De Abdit. rerum causis tres
dit. rerum cau- historias, quibus evidenter probat à vapore illam quo-
sis. que epilepsiam gigni, quæ causam in capite habet. Ad-
dit hoc etiam, multos Epilepticos ex eo factos, quod a-
liquid hydrargyti eis in cerebrum per aures penetra-
uisse. FVR. Historiæ à Fernelio recitatæ hoc tantum
probant, epilepsia ab humore seu vapore mordaci aut
venenato exsuscitatam in cerebro causam habere non
illud demonstrat, à crasso humore eam nō gigni. E.R. Si
à crasso humore non fit, siue is in capite generetur, siue
ex alijs partibus eò ascendat, nō potuit aliud Fernelius
docere, quām docuit. Hoc certè demonstrauit, non sa-
tis accurate Galenum discreuisse species epilepsiaæ hic
ratione, quod, cùm in cerebro causa confiterit, ab
humore crasso fiat, cùm in alijs partibus pullulet, rel
ab

ab acti vel aliàs peregrino vapore concitetur. Quare si maximè tibi darem aliquam Epilepsiam à tali humore nasci, non tamen perpetuò verum foret, Epilepsiam à proprio capitì affectu exciratam, à tali humore semper effici. FVR. Qua ergo in re differt ea, quæ à veneno vel acri humore in parte aliqua capitì orto prouenit, & ab eodem ex alijs partibus aduentarite originem sumit? E.R. Grauior ferè est, ac frequētiores quām hæc paroxysmos illa obtinet. Etenim quæ ex remotionibus particulis surgit aura maligna, in itinere facilius dissipari & disiuci potest, quām quæ ex loco vicino prouenit. Adde quòd sæpe difficultius curātur capitì affectio-nes, quām aliarum partium noxæ. FVR. Reuertere ad locum, ex quo te abduxī. ERA. Obseruatū à quibusdam est, flatum cerebri membranas conuellentem Epilepsiam peperisse. Quoties à fumo aut tetro odore, aut vaporibus à retento semine, vel à vermibus, vel à purpure medicamentō, vel à bile in ventriculo intestinis contento elatis generatur, nullus tam est amens, qui crassos humores pro causa producat. Vidi ego, qui facili & breui delirio cum labiorum vix sensibili cōtractiōne tentati statim sibi restituerentur. Qui posset horum alia causa assignari, quām vaporosus spiritus? Sæpe ex citantur ægrotantes odore rutæ, castori, olei rutacei, acetii, in quo maduerint aromata: quod non continget, si crassus humor paroxysmum peperisset. Impossum, namque est crassum humorē à talibus tempore adeò breui discuti. Spasimus ex flatu vel in suris vel fermentis, aut alio loco repente exortus, confessim que fierum solutus, clarè satis indicat, à flatu talia fieri possunt, quām ab ignano aliquo crassoq; humore. His adprobatis spuma ex bullis majoribus constans, luculentè adesse largiorem. Evidem spuma nil est aliud, quām

Epilepsia in cōpitate causam hæbēns cur grauior.

Epileptici odo-re rutæ, castori, &c. excitantur.

*Spuma quid sit, et quomo-
do generetur.* aceruus vndique cohærentium inter se paruarum bal-
larum: eo ferè modo, quo in aceruo frumenti aut milij
grana se vndique contingunt. Sed hæc propter siccitatem &
tem inter se distincta sunt, illæ propter humiditatem &
lentorem cohærescant. Fiunt autem hæ bullæ, quoties
humor aliquis motus in minutissimas partes diuidi-
tur, & aer intercurrit, atq; ab humore lentois aliquid
habente (alias difficulter cohærenter partes) interce-
ptus retinetur. Quare vt Spuma fiat, necessarium est,
humorē in partes minutas diuidi, & aerem se insinuā-

*Spuma ex te-
nui, nō ex cras-
fo lentoq; hu-
more oritur.* tem in singulis particulis detineri. Vt illud fiat, tenuem
esse humorē oportet: vt hoc eueniat, lentorem parti-
cipet necesse est. Quippe si vel sit valde crassus, vel ad-
modum lensus, vt oleum, spuma vel tardè vel nunquā
excitabitur: propterea quod aer subire nequit. Qui du-
bitat, in externis periculum faciat. Ergo generatur spu-

*Spuma Epile-
pticis ex saliu-
nascitur.* main Epilepticis propter violentum motum ex saliva
et humore aquosiore, qui in ore generatur, & forte per
palatum & nasum de capite defluit: non ex crassa len-
taque pituita pronascitur: quam morbi causam statu-
unt. Vix enim post multashoras ita diuidi à spiritu hu-
moris posset, vt interclusus bullas efficeret. Agitato ba-
culo crassam & lentam pituitam, & experiere quām sit
difficilē spumam in humorē tali suscitare. Denique cla-
rissimē ostendunt flatum esse in causa, quod nullus hu-
mor memoratu dignus vacuatur: quod sestio capitū
vel cerebri humoris istam copiam & qualitatē non
monstrat: quod crassa tam citò dissipari nequeūt: quod
crassi humores obstruendo paralysim potius, quā con-
vulsionem, efficerent, (Suprà demonstratum est obstru-
ctionem in sinibus cerebri nullam esse in hoc morbo)
quod ingeniosissimis sāpe accidit: quod oscitationes &
sternutationes frequenter mali causam auferunt. His si
iam antè dicta coniunxeris, nihil, opinor, desiderabis.

FVR

FVRN. Quam igitur causam adferes, quòd tam familiaris est pueris? Humido pueros abundare excremen-
tio nullus ignorat. Verisimile proinde est, à redundante humiditate in pueris saltem concitari. E.R. Causam huius mali oportet humorē acrem mordacemq;; aut certè occulta qualitate venenata cerebroq;; inimica præditum esse. Nisi enim hoc sit, non concitabitur cerebrum ad expulsionem. Constat autem ex disputatis omniumque medicorum consensu (ipsa rerum euidentia ad stipulante) interruptos motus, qui in epilepsia viluntur, ex eo nasci, quòd noxiam & inimicam matrem cerebrum tentet excutere. Docet nos idem ster-
natio, quæ cùm vehementior est, tantū non omnes sensus, cum quadam conuulsionis veluti umbra vel initio, oblaedit. Idem leues apoplexiæ probant, quas flatus strassus & vaporosus inducit. Quippe cerebrum hos tanto impetu à se conatur depellere, licet egregiè possit: quia scilicet mordacitate carent, ac quantitate potius quam qualitate offendunt. Eadem ferme ratio est in Ephialte seu incubo: in quo membra motu magis priuantur quam conuelluntur. Iam & mucus, qui per cerebri vetriculos subinde percolatur, idem declarat. Quamdiu enim peregrina qualitate non afficitur, etiam si multus sit, facile toleratur. At cùm mordax, falsus, putris, aut alijs inimicus redditur, non sine violencia ad subiecta membra detruditur. Testimonium fert nobis illa quoque concussio totius corporis, quæ sub primum somni initium contingere omnibus ferè (alijs frequentius, alijs rarius) solet. Dum enim spiritus ad ventriculos cogitur, & vnā illabitur fumus acris & biliosus (qualem per diem ex laboribus, exercitijs, meditatione & curis verisimile est colligi) cerebrum irritans, insurgit vis expultrix, & cum valido conatu excutere nititur: quem eius corporis motum totius iactatio

Epilepsia pueris familiaris.

*Causa concus-
tionis sub prin-
cipium somni.*

Pueri raro a-
poplectici fiūt.

consequitur. In pueris itaq; dico non quantitatem, sed qualitatem humorum excitare hunc morbum. Pueri certè, si vera esset opinio tua, frequenter Apoplexia etiam corriperentur: quo affectu tamen vel nunquam vel rarissimè affliguntur. Quòd porrò humores puerorum mala qualitate venenosa prædití sint, luculentè firmeq; satis monstrant morbilli, quibus laborant omnes, quorū causam nemo non intelligit occultæ malignitatis quippiā obtinuisse. F V R. Auditui quæ sit notio Epilepsia: intellexi quod sit eius, quoad morbus est, subiectum. Etenim ventriculos in hoc morbo principiter affici cum spiritib. perspexi. Putauit ad hoc tempus usque morbum ipsum esse obstructionem sinuum cerebri: sed nunc persuasus tuis argumentis aliter iudico. De causa etiam antè dubitatū sciebam, de qua nunc

Epilepsia mor non magnopere dubito. Hoc nondum video, quidnam binatura et de morbus sit, qui Epilepsia vocatur: hoc est, quæ causa sit finitio quæ sit. symptomatum epilepticorum. Hoc ubi resciuero, non dubitabo, quin perfectam huius morbi noticiam adeptus sim. E R. Iam quodammodo tibi exposui opinionem meam, quæ eadem est cum clarissimorū etatuum omnium medicorum sententia. Et si enim non semper eodem videntur modo sentire ac loqui, tandem tamen idem sevel coactos dixisse deprehendetur. Morbus, qui Epilepsia dicitur, est cerebri ventriculorum affectus, in quo propter vaporem vel mordacem vel alter inimicum & peregrinum ita illius exturbandi causa concutitur, quomodo ventriculi os commouetur, cùm expellere nititur, quæ molestiam ipsi adferunt. Ex hac descriptione utrumque intelligis, quid & qualis sit morbus. F V R. Nomine aliquo mihi velim nominari. Nam epilepsia nomen etiam symptoma complecti iam pridem scio. E R A. Nomina tu mihi affectum cerebri, propter quem in sternutationibus illo modo mouetur, vel affectum

Qum oris ventriculi, propter quem singultit, & nomi-
nabo fortasse tibi hunc quoque morbum. Non omni-
bus rebus nomina posita sunt. Quare sufficit oratione
describere, quo in significato nomine quolibet vsurus
fis, cùm plura significat, nec vni rei soli impositum est.
FVR. Duæ mihi nunc occurruunt difficultates, ex qui-
bus te & me extrices oportet, antequam tibi assentiar.
Prima est, quòd tibi hoc sumis, cerebrū moueri & con-
cuti, quod anatomici propè omnes constanter negant.
Motum enim cerebro nullum concedunt alium quām
eura, quem propter arterias habet. Nam in vulneribus
moneri videtur, aiunt, quia arteriarum motus cernitur.
Affirmat idem hoc amicus tuus in re anatomica egre-
git exercitatus, D. Volcherus Coiter. his verbis. Agno-
tum, hædorum, & canum viuentium, quo certò, num
cerebrum moueretur, deprehenderem, aperui capita.
Assumulum in eis cernere quiui motum. Quòd in cere-
brum magnis vulneribus cerebrū simili cum arterijs mo-
tu agitari videtur, arterijs, & non substantiæ cerebri ad-
fertendum est. In eadem hac sententia Fallopius quo-
que fuit, vt sub finem suarum obseruationum videre li-
cet. Cum experientia consentit ratio. Cerebrum sanè
excompositionis suę natura & modo videtur omnium
maxime partium ineptum esse ad motum. Deinde in
contractione ponitur enim contrahi & dilatari ventri-
culos angustiores effici oporteret: quo non parum in-
commodarentur eius operationes: quippe substantia
eius in se coire pressius vix poterit. Quare sinus arctari
in coactione oportet. Præterea repugnat ratio à te su-
pra allata. Tam non conuenit principium motus mo-
ueri, quām non oportet principiū sensus sentire. Sicut
enim cerebrum alterationes instrumentorum non in-
ferrecere, sed dignoscere debet ita motum imperans
instrumentis, non decet motus instrumentum esse.

Non omnibus
rebus nomina
posta sunt.

Cerebrum non
mouetur.

*Anima sine in
strumētis cor-
poreis nō con-
coquit, uidet,
ambulat, &c.*

*Quis usus sit
motus cerebri.*

*Aer sine inspi-
ratione non in-
greditur calua-
riam ex narib.*

Multa sunt in natura actionum certarum causæ principes & primæ, quæ tamen sine alijs peragere nō possunt. Animam quis neget concoctionis ciborum authorem & principium esse? Ex hoc tamen nō efficitur animam etiam instrumentum esse quoddam concoctionis: scilicet ventriculum quendam. Cerebrum monus arbitrii & sensus author est: sed illum nō sine musculis, hunc non absq; peculiarib. ad hoc munus factis instrumentis exercet. Postremò nullum poteris usum huius motus adferre. Natura autem nihil frustra facit. E R. Galenus usum geminum indicauit, vt videlicet spiritus animalis attracto in cerebrū aere augeatur & ventiletur: atque vt odoratus fiat. Huius enim cùm sit instrumentum intra caluariam situm (processus cerebri ad os crībriforme terminatos, non ventriculos cerebri olfactus instrumenta esse nihil dubito assuerare: vel propter modò à te repetitam rationem) & vapores odorati ad ipsum pertingere citra inspirationem nequeant, cerebrum contrahi oportuit, vt aer per nares concenderet atq; intrò penetraret. F V R. Hanc necessitatem non video. E R A. Acerem ex naribus non ascendere ad interiora caluariæ sine inspiratione notum est. Si calatum odoribus plenum, inquit Galenus, in nares alicuius indideris, & quanta potes vi inflaueris, eoq; modo odoratum vaporem sursum pellere tentaueris, incassum laborabis: si is interim non inspirauerit. Quippe aer in concavitate narium cedere non potest, non cedente eo, qui intra caluariam cerebrum ambit. Et hic quoq; cedere nequit, cerebro nō in se coeunte. Ergo cùm contrahitur, ambiens aer, ne vacuum detur, necessitatio sequitur: in huius locum is deinde succedit, qui in naribus continebatur. F V R. Probabilitia hæc videntur: at vera non videntur. Nam si mouetur cerebrum, vel naturali motu cietur vel volūtario. Si illud affirmes (quod statim

statim videtur absurdum. Quomodo enim arbitrarij
 motus principium non eodem potius quam alio mo-
 ueri putetur?) necessarium est, ut cerebri contractio ali-
 quando fiat, non distento thorace. Nam possumus fre-
 quentius & rarius respirare, sicut patet. Ergo cerebro
 contracto, dum thorax quiescit, fiat odoratio: nam pro-
 pter cuitationem vacui contingent quæ dixisti. Si ergo
 tunc in naribus fuerit vapor odore præditus, (quod po-
 situm volo) odoratio fiet, tametsi nulla inspiratio fiat,
 sine thorax non distendatur. At sine inspiratione & tho-
 racis aliqua dilatatione odorari nullus potest. Non po-
 test ergo hic motus naturalis censeri. Sed nec si volun-
 tariam ponas difficultatem effugies. Poterimus enim
 cerebrum pro arbitrio nostro cogere, ut interim tho-
 tax quiescat: sicut musculum unum mouere possumus,
 non alios: nisi si colligati sic sint, ut simul necessariò
 moveantur. In cerebro thoracis ratione tale nihil fingi
 potest. Rursus ergo sine inspiratione odorabimur quo-
 ties libitum fuerit. E R. Qua igitur ratione odoratio-
 ne in inspiratio effi-
 cit odoratio-
 nem.
 Quomodo in-
 spiratio effi-
 cit odoratio-
 nem.
 Odoratus in-
 strumatum in
 oſſe ethyloide,

i

tactui subseruant. Hoc nuper in dissectione capitis buli clatè distincteque nobis monstrauit Doct. Antonius Franciscus Pigafetta, Vicentinus. Esse autem similem quandam proportione structuram in brutis & hominibus, quotiens idem instrumentum & eadem operatio in vtrisq; inest, probationis non admodum eget. Alia est ratio, cum animalia proprium aliquod instrumentum propter peculiarem actionem habent: sicut aues alas, & ruminantia plures ventriculos obtinuerunt, quibus homo merito caruit. Ergo cum nares bruta nobilis habeant, & vtriq; odorari debeamus, haud male putauerimus similiter quodammodo odorationem fieri, & per similia proportione quadam instrumenta exerceri. Quo posito facile est videre, cur inspirantes solam

Num cerebrum odoremur. Quemadmodum porrò cerebrum falso sentiat. nisi moueri, sic etiam perperam tibi sumis ipsum sentire. Nisi enim sentiat, non poterit modo à te recitato ad expulsionem noxijs vaporis consurgere. At cerebrum non sentire & nunc, & multò pluribus antea demonstratum est auctoritate, sensu, experientia, nec non ratione. Tuū iam erit hos nodos aptè dissoluere. ER. Galenus cerebri ventriculos sentire non inficiatur. In lib. de Odoratus instrumento historias refert quorundam qui medicamenti acris per nares violentius attracti morsum in profundo, id est, in cerebro persenserint. FVR. Ego vero sensum illum vel in cerebri membranis, vel in odoratus instrumento factum existimo: in cerebri ventriculis fuisse suprà narratis argumentis persuasus non credo. ER. A. Nihil tamen contra nos obtinet, quamvis vtrumque tibi concedamus, cerebrum viro aliquo motu moueri. Vtique, inquam, dato sententia nostra firma & inconcussa, nihilominus perstat. Multæ namque partes corporis, ut ne dicam omnes, mo-

tu ar-

en arbitrio destituuntur, quæ ob id non carent motu, quo noxia à se abiçunt atque etiam arcent. Hepar, lien, vena arteriæ excrementios humores magna violentia quotidie deponunt: tametsi illo motu, quo musculi mouentur, præditæ non sint. Cum in continuis febris venæ crisis tempore, & per diarrhoeas, aliasque alui fluxiones, putridos humores in ventriculum & intestina effundunt, non absq; motu id faciunt, licet musculis donatæ nullis sint. Ratio eadem est aliarum partium. Quin imo ipsi quoq; musculi noxia à seipsis dependentes, non videntur motu voluntario, sed naturali id facere: quò pars quælibet natura edocta est molesta sibi aliò propulsare. In singultu motus oris ventriculi est manifestus, quo conatur mordicantem molestam humorem excutere, nec tamen musculi motu mouetur. Quid ergo prohibet cerebrum quoq; irritatum instar aliarum partium hostiles vapores repellere? Qod faciat, infinita probant: sternutatio, coryza, catarrhi alij, concussio corporis per somni principium eveniens, atq; alia plurima. Huius contrarium rationibus demonstrare qui conabitur, hoc impetrabit ab omnibus intelligentibus, vt pro sano insanus reputetur. Si prater motum illum voluntarium, cuius instrumenta sunt musculi, nullus extaret motus alius, non cunctorer tuis rationib. vietas manus porrigere. Nunc dum alij quoq; sunt, minimè necessum est, vt moueri nullo modo iudicemus, quia motu arbitrario moueri negamus. Similis propemodum ratio sensus est. Nam natu-

*Singultus non
est voluntarius
motus.*

*Sensus quidam
est naturalis.*

*Cor sentit no-
xia sine sensu
animali.*

minati cernuntur. An cordis substantia nullo modo va-
pores humoresque exitiosos percipit? Vnde igitur tam
crebrae oriuntur syncopae, dissolutiones, anxietates, de-
fectiones, quae vel propter dispositiones proprias, vel
propter vicinarum partium consensum eueniunt? An
in sternutationibus, in nocturnis concussionibus, in co-
ryza, in q; alijs talibus cerebrum nullum habet rei in-
conuenientis sensum siue apprehensionem siue percep-
tionem? Quis inficiatur, tacitas esse rerum amicitias
& inimicitias? Aut quis nescit, nonnullos etiam epile-
psia corripi odore quarundam rerum, quae multi alij sua-
uiter odorantur? Singultum excitari ab humore mole-
stiam adferente ori ventriculi, confessum est cunctis.
At hæc molestia ita percipitur sæpen numero ab ore ven-
triculi, vt homo singultiens nec prius aliquid senserit,
nec tunc sentiat. Quò fit, vt non tā sensu animali quam
naturali quadam virtute videatur talia nonnunquam
apprehendere ac pellere. Consimili modo ventriculus
à cibis ingestis aut pharmacis subuertitur, quæ inscien-
tes deglutiimus. Si tam est hoc apertum in ventri-
culo & corde, vt ne idiotæ quidem ignorent, cur de cere-
bro dubitatur? Vidi ego qui ouillas carnes impruden-
tes perederant, putantes alias esse, propè interisse. Vidi
ex esu casei, quem alijs condimentis tectum inscius qui-
dam deglutiuerat, grauissima symptomata suscitari.
Quam multorum fallimus nos gustum & linguas, dum
pharmaca cibis miscemus aut potui, nec decipere ta-
men possumus ventriculum sensu gustus carentem?
Quæ si vera sunt, vt certè verissima fuerunt, sunt, erunt,
per facilè intelligis, nihil absurdum consequi, etiam si sen-
su ac motu, qui per neruos administrantur, cerebrum
carere fateamur. Noui amicum, qui dum de his rebus
inter nos differeremus, difficultatem effugere se putabat,
si spiritus ita cōmoueri diceret, non ipsum cerebri cor-
pus.

Instantia.

pus. Sed frustra euadere hac cogitabat, quod vnuſquis-
 que ex supradictis potest conſcere. Quanquam si ve-
 rum est dicendum, non male iudicasse Galenum arbi-
 tror, cum cerebri ventriculos non prorsus deſtitui ſen-
 tu afferuit. Etsi enim corpus cerebri, quoad membra-
 nis nudatum eſt, nihil ſentire firmè probauit, vt ſuprā
 oſtendimus, ex eo tamen inferre nullus debet, ventricu-
 los etiam ſensu omnis expertes eſſe. Nam interior eo- Ventricularū
pars interior
ſenit.
 rum ſuperficies tenuiſſima membrana vefita inducta-
 ue eſt: cuius ratione ſi quis aliquantum ſentire eos di-
 cat, non absurdē facere videtur. Etsi verò in qua parte
 neruulum ea membrana accipiat, nondū exploratum
 habeam, non tamen nō huc animuſ inclinat, vt propter
 ipſam ſenſum eis aliquem ad eſſe credam. FVRN. Ne-
 gant anatomici clarissimi, ventricularū parietes mem-
 brana tegi. ER. Scio: nec me cuiusquā mouet aut mo-
 uere tantum debet authoritas, vt in ſenſibilibus contra-
 ſenſum aliquid prontinciem. Secuit nuper, (me, D. Si-
 gismundo Melanchthonē, & alijs preeſentib.) caput bo-
 vis, in ſignis anatomicis Doct. Antonius Franciſcus Pi- Ant. Franc. Pi-
 gafetta, Vicentinus, Palat. Electoris chirurgus felicif- gafetta, anato-
 mus: in quo adeò dilucidē & clare nobis hanc mem- mic. & chirur-
 branam monſtrauit, vt porrò dubitare nō poſſim. Equi- gus in ſignis.
 dem perſuadimmo habui, haud aliter in homine rem
 decepit cogitatio: nam post non multos dies eandem
 membranulam in recenter mortui pueri capite tam
 ostendit manifestē, vt manifestius vix aliud demonſtra-
 ti poſſe putem. Vidimus alia in ſuper, quæ nonnulli ne-
 gate aut ſunt: quorum commemoratio non pertinet
 ad noſtrum iſtitutum. Hoc dicere volui: non temerē
 damnari debere affirmando cerebri ventriculos ſen-
 tu preeſitos eſſe. Quod ſiue concedatur nobis hoc loco,
 ſiue non concedatur, parum noſtra interest: modò id

detur, quod negari non potest, cerebrum non minus alijs partibus noxia à se depellere. Ut alij omnes negent, multi tamen podagrī libenter nobis assentientur. FVR. Nihil hic requiram amplius. Illud nōdum video, quod supra proponere tibi cœpi, atq; ab alijs cogitationibus alio vocatus hucusq; distuli, quomodo scilicet ex nominis descriptione, quam de principio posuimus, & morbi, quam proximè attulisti, vna & perfecta tertiæ beat definitio. Hæc enim affectū cerebri, illa non hunc, sed eius effectum explicat. Quis autem non nouit causam & effectum differre, atq; essentiæ vnius partes non esse? Deinde qui poterit, oro te, epilepsia, quoad morbus est, corporis totius conuulsione definiri, cum in solo cerebro, vt in proprio subiecto suo insit? ER. Falleris, cum in neruis membrorum sic opinaris conuulsiones epilepticas inesse, quomodo spasmus in eis inest. Non conuelliuntur quia in seipsis primò habeant symptomatis causam, sed propter motum seu principium cerebri. Quod ex eo liquet, quod statim atque mali causa in cerebro affligere desijt, membra sibi restituta sunt. Propter hanc causam additum fuit, esse eam coniunctam cum mentis ac sensuum oblatione: cuius causa in loco alio nullo quām in cerebro vel fingi possit. Res isto modo, si non fallor, explicanda fuerit. Quicunq; effectus siue symptomata morborū eius generis & naturæ sunt, vt vel per se sola, vel cum alijs iuncta, cum morbo seu causa sua conuertantur, ea absque suis causis perfectè nec intelligi, nec definiti valent. Causæ quoq; horum itidem nec plenè percipi, nec rectè definiri absque eis possunt. In causa hoc est quod natura alicuius illorum, quæ & nō vocantur Dialecticis, seorsim cōcipi animo nequit. Quis enim intelligentia comprehendat natu- ram serui, si, quid sit dominus, nunquam perspexerit. Quocirca in definitione vnius necessariò mentio sit al-

*Causa et effec-
tus non sunt
essentiae unius
partes.*

terius. Cæterum referri inter se causam & effectum, si præsertim inter se conuerti queant, non est cur persuadere cuiquam vel mediocriter docto velim. Quamobrem siue symptomata plenè nouisse, siue causam exactè intelligere velimus, utrumq; cognouisse oportet. Non mirum igitur est, quod talium natura definitione tum nominis tum rei exponitur. Nominis definitio res nobis declarat, quoad in sensus incurrere possunt: ac proinde effectus firmè continet. Rei autem definitio ipsam essentiam exprimens sensibilia non admittit, nisi propter causam suprà recitatam. Utramq; si iungas, nihil fugit eorum, quæ cognosci de talibus ab homine possunt. FVR. Exemplis, quæsto te, declarato, quod dicas. E.R. Eclipsis lunæ accidens quoddam est lunæ sensibile. Quod si, quid sit, exploratè scire velis, non hoc tantum nouisse oportet, quod vides, priuari ipsam lumine, sed tam causam perspexisse conuenit, cum qua conuertitur, quæ est interiectus terræ inter solem & lunam, cum diametro opponuntur. Si alterum solum noris, neum rectè distingue noris. Si nomen tonitru cupis intelligere, sonum audies in nubibus editum. At confusa valde & indefinita hæc est noticia: quæ alijs etiam sonis competere possit. Si autem causam addideris, ignis in nube extinctionem, absolutam omnib. numeris & ab alijs sonis in nube contingentibus distincta scientiam cōsecutus es. FVR. Medica malim audire. E.R. Infinita occurunt in arte nostra. Qui quid sit febris integrè vult intelligere, hunc non tantum animaduertis- se oportet feruidum in toto corpore calorem actiones laudentem, verum etiam propter quam causam calor ille diffusus sit perspexisse decet. Qui in Apoplectico totum corpus sensu motuq; deficere videt, nec causam huius rei simul conspicatur, valde rudem & imperficiam habet illius etiam, quod videt, cognitionē. Quod

Ecc. ipsi lunæ.

Tonitru.

Febris quid.

Apoplexia quid.

si ventriculos cerebri ab humore crasso obstructos audi-
dias, & sensum interim ac motum propter hanc in vni-
uerso corpore amissum nescias, naturam apoplexiae ad-
huc ignoras. Certius veritatem huius rei intelliges, si

Catalepsis. κατοχλω, alijs κατάληψιν vocant. Nominis definitio ex ef-
fectibus sensibilibus sumpta nota est cunctis, res huius
rei definitio, siue symptomatum causa fortasse nulli sa-
tis est comprehensa. Ingruit hic morbus subito, & in quo-
statu ægrum offendit, vigilantem, loquentem, scriben-
tem, stantem, &c. in eo immotum seruat, ac si conglan-
tiatus esset: vnde & congelationem appellare solent.
Est in eo, vt in alijs magna latitudo. Etenim aliqui nihil
sentiunt. Alij vel audiunt, vel vident, licet palpebras o-
culosue mouere nequeant. Aliqui manus mouere non
nihil visi sunt. Quidam imaginati feruntur, ac veluti
somnia vidisse. Dolore plerique omnes vacare perhiben-
tur. Respiratio in omnibus aut leuiter aut nullo modo
impedita reperitur. Pulsus quoque non admodum ma-
tatur. Hæc, inquam, sunt symptomata, quæ apud Gale-
num, Aetium, Paulum, recentiores inueniuntur, & in
nobili quodam ipse quoque notauit: ex quibus notatio-
perspicua est. Nihil autem perfecti nos hic scire, ignorata
vera causa, nimis intelliget, qui exponere alijs tenta-
bit. Alij ad frigidam intemperiem configunt, sed pa-
rum tuto loco consistunt. Non enim repente adeo in-

**Opiniones de
causis catale-
psios.** temperata fieri cerebrum eiusque spiritus possunt, vt su-
bito hic morbus ingruit, & celeriter iterum soluitur.
Additum quod motu sensuque priuari eos oporteret. Non
fieri hoc inde patet, quod aliqui stantes aut sedentes,
aut in alio habitu comprehensi tales permanēt, iam ta-
ceam, quod quidam sentire potuere, ac nō prorsus nul-
li loqui in ipso paroxysmo auditum sunt. Non defunt, qui
distensionem cerebri, quam venarum & arteriarum per-

cere-

cerebri membranas exponre starū repletio efficiat, pro causa adferant. Sed ab hac cerebri membranarum tensione nasci prædicta symptomata non posse, quiuis intelligit, qui disputatis suprà assentitur. Nō sunt hæ causæ actionum principum, vt abundè ostensum fuit: cùm eximi quoq; possint absq; eo, vt sensus motusq; statim laedantur. Si enim postea fiat, cum eo nō pugnat, quod afferimus: vt scitè prudenterque Galenus de hac ipsa receptione membranarum tensioni ventriculorum membranas, per quas venæ & arteriæ disseminatae fertuntur, tendi oportet, vt internæ ventriculorum membranulæ simul tendantur. Quippe intemperie nulla affectiuntur: nam morbi repentina omnes à materia aliquæ excitantur, ex omnium medicorum sententia: cùm se non possit, vt magna intemperies vel subito inducatur, vel repente soluatur, quoties præsertim causa extenuat, vel vehemēter alterans abest. Ipsi quoque sententiae diuersis, de qua disputamus, assertores, sanguinē replentes intemperatum non esse aiunt. Materia igitur animalis in ventres influere oportet extensis repletisq; membranis ac venis. At eadem si absq; tanta repletio ne vasorum per membranas ambientes cerebrum repletum in eosdem illabi, aut eorum membranulam alia ratione intendere potest, frustra incertam causam & remotam provera & proxima introducūt. Ego profecto non video, quomodo repente sic possint repleri venæ, qua cousq; distendant membranas, vt cerebrum & in eo cōtentos spiritus reddant immobiles. Alij qui cladem languinis melancholici, frigidi & siccii sobolem faciunt, sed generationis modum, & affectus naturā non exprimunt. FVR. At priores opinionis suæ firmamentum aliquod habent. Quidam enim copiososanguinis & naribus fluxu liberati sunt. Probabile igitur est, san-

Morbi repenti omnes à materia excitantur.

guinem causam fuisse. ER. Probabile si sit, verum ob id non fuerit. Si nihil huic similitudini veri aduersaretur, acquiescere possemus. Sed cùm alia plura, tum hæc-
tiam repugnat, quòd paroxysmi sæpe sunt breves: quòd nullo præcedente sensu grauitatis subito occupat: quòd faciei color in plurimis non mutatur: quòd fermè frigidis accidit: quòd paucissimi hoc modo liberantur: quòd melancholicis potius accidere veteres dixerunt: qualis & ille fuit, qui, dum mea vteretur opera in quartanæ curatione, inopinatò in hunc incidit morbus. Nec mirum est, vñà cum sanguine causam mali, quæcumque tandem fuerit, effluxisse. Quinimò quam ego causam esse suspicor, fluxui occasionem præbere potuit. FVR. Quam putas causam esse? ER. Quid putem haud difficile, quid verum sit, non perinde facilè mihi est dicere. Hoc primum constat, causam huius morbi esse materiam, quæ celeriter accedere iterumq; recedere possit. Certum illud etiam est, mentem sensusq; non lardi, nisi vel in cerebri fabrica, vel in spiritibus vitium contigerit. Manifestum non minus est, obstructos non cles cerebri sinus: cùm & stantes & sedentes correpti in co- statu perseverent, & nonnunquā videant atq; audiant aliquantulum: semper autem sine offensa respirent. Fit hoc consimili motu seu modo, quo brachium sublatum immotum conseruamus. Nec dubitat quisquam, puto, quin resolutio potius quam rigiditas nervorum ac membrorū consecutura esset, si humor crastus ac densus in cerebri sinus subito illaberetur: tantus, inquit, quantus totius corporis rigiditati procreande sufficiat.

Catalepsis eau. Verisimilius mihi videtur dicere, qui vaporē frigidum sa est uapor & siccum in ventriculos cerebri irruentem eosdem dil- frigidus et sic- tendere, & spiritus quodammodo sistere immobilesq; cus. redgere dicat. Nam si & ventriculi naturaliter sint atra- cti, & spiritus nullo vitio laborent, necesse est tum ope- ratio-

tationes cerebri primarias, tum sensum motumq; corporis (siquidem in ipsis membris nullus insit morbus) integra inoffensaq; manere. Ergo cū neq; intemperies, neq; ventriculorum cerebri obstructio hīc vlla cogitari, neq; crassus humor in eosdem incidens absq; obstruktione prædictas actiones possit lādere, necessarium omnino est, vt à materia subtili vitiū hoc excitetur. Quo autem pacto vapor aut flatus talia symptomata generet, nondum liquet. Si mordax sit aut inimica qualitate prædictus, epilepsiam efficiet, dum ad expulsionem sui cerebrum cōmouebit. Si crassitudine sua obturet meatus, paralysim generabit. Ergo videtur distēdendo ventriculorum actionem & spirituum motum impedire. Compararem huic dispositioni vesicæ illum affectum, in quo nimium distenta vrinam excludere nequit, nisi obstructio in ea fieret. Hic meatus cerebri patere, sed sp̄ non codem, quo prius, modo moueri videntur. Quocirca vt nominare cerebri hanc affectionem non possumus, dispositionem tamen eiusmodi esse intelligimus, in qua spiritus propter flatum absque occlusione meatus cerebri, quos ventriculos vocamus, moueri pro natura & consuetudine sua nequeat. Verū de hac re plura dixi, quām decreueram. Hoc tantū exemplo & κατελήψεως ostendere volui, nunquam symptomatis nos plenam habere cognitionem, quoties veram proximamq; eius causam perspectā non tenemus. Quam obrem cū Epilepsia nomen duo significet, morbum siue causam, & symptoma siue effectum: & neutrum siue altero perfectè vel intelligi vel definiri queat: merito, qui alterum ritè explicat, alterum quoq; cognouisse putatur. Duo nihilominus sunt λόγοι ονοματώδεις, quod res duas distinctas significet. Et symptomatis quidem illa est notio quam suprà diximus. Morbi autem talis est, quod nimirū sit morbus cerebri, in quo mens

Nomen epilepsie duo significat.

Notio symptomatis.

ac sensus cum conuulsione corporis non perpetua lēdantur. In vtraq; desunt, quæ in perfectis accidentium talium definitionibus requiruntur, subiectum & causæ. Et in symptomatis quidem definitione subiectum ponendum est nō absq; mentione morbi: propterea quod absq; morbo tali subiectum non est causa talis effectus. In morbo autē causæ morbi mentio facienda est, quod ipsius præsentia totus subsistat, & in subiecto suo insit.

**Descriptio epi-
lepsiae morbi.**

Quoad igitur morbum significat epilepsia, dicitur affectus esse præter naturam, siue morbus instrumentalis ventriculorum cerebri, in quo propter mordacem vaporem, aut alias inimica qualitate præditum halitum cogitur ad eiusdem expulsionem: ad quam consequuntur mentis ac sensuum lēsio vnā cum corporis conuulsione interrupta.

**Descriptio epi-
lepsiae sympto-
matis.**

Quoad autem symptomata notat, conuulsionem esse dicimus iam dictam, propter affectum cerebri ventriculorum eos ad expulsionē rei noxie cōgentem. Non multum igitur interest, vtrum præcipue explicandum sumatur, cūm alterum absq; altero non possit absolutè tractari: modò causa cū effectu, & subiectum proprium cū improprio turpi errore nō confundantur. Differunt sanè causa & effectus, attamen nihil vetat, imò necessarium est, partes esse definitionis vnius (cū scilicet proprietates eiuscmodi, de qualibus nos agimus, definitione perfecta explicandæ sunt) sicut ex antè dictis elucet. Et quemadmodum qui effectum definit, causam non definit, et si mentionem eius facere cogatur: ita qui causam siue morbum finit, effectum non finit, tametsi absq; eo definitio perfecta non sit. Quis dicat in definitione Serui, Dominum definiri, quia ille absque huius mentione integrè finiri nequit? Cūm epilepsiam definimus, quoad morbus est, proprio subiecto & causa definimus, non absq; mentione proprii effectus: quo in sensu cadit. Sic dum i eandē, quoad

cst

est symptoma, describimus, lœsorum partium actionibus definimus, morbo tanquam causa cum suo subiecto minimè præteritis. Evidē morbus non est sub genere conuulsionis: neque hac definitur: cùm cerebrum nemo conuelli dixerit, quando vistatè ac propriè loqui voluit. At symptoma conuulsio quædam est neruorum: tametsi propter cerebri morbū in neruis insit, non propria eorum passio existat. Puto ne hīc quidem aliquid abs te desiderari posse. FVR. Sic est. Hoc solūm quæro, cur non externarum & internarum causarum, sicut alijs solent, memineris? ERA. Solas proximas causas inuenit, remotiores ex alijs discere potes. Quis non nouerit causarum alias esse extrinsecus accidentes, alias intra corpus latentes? Et harum alias corpus præparare, vt facilius affici queat, alias veluti materiam subministrare atque generare veras causas, alias deniq; effectricem morbi causas existere, nullus nescit. Præparant corporis, ætas & temperamentum, vt & pati à causis morbi effectricibus possit, & causæ facilius acciduntur. Effectricum aliæ sunt magis dissitæ, aliæ propinquiores, aliæ proximæ: quæ actu efficiunt morbum. De his præcipue ita solliciti sumus, vt interim alias, à quibus hæ vel generari, vel in caput sustolli solent, nō putemus negligendas. FVRN. Si sic res habet, ad species iam redeo. Nam Galenum aiebas tres species posuisse. Vnam, cùm morbi causa in capite continetur. Alteram, cùm ex alio loco in cerebrum peruenit. Hanc in duas dispertriebare partes, quod vel ex ventriculo & vicinis ei partib. causa mali tolleretur, vel ex membris alijs efferretur. Non video, cur non possint duæ posteriores pro vna ponendi. ER. Differentia in eo serè est, quod è ventriculo sursum serpentia nota nobis qualitate morbum exfuscent: ex alijs autem partibus ascendentia ignota vi eundem concitant. Qualitas nota, vt mordacitas, in itinere lon-

Cerebrum non
conuellitur.

Causarum epi-
lepsie enumera-
ratio generalis

go facile temperaretur à contactu tot partium, & tot humorum permissione. FVR. Non potest utraq; causa hæc in capite quoque perinde contineri ac nasci, vt in alijs partibus colligi ac generari solet? Certè si prima species à reliquis duabus non differt ratione humoris, (vt Galenus putauit) sed idem humor seu vapor, siue in cerebro aceruetur, siue alibi dignatur, morbum hunc procreat, vt tu iudicas, distinctionis huius non est magnus vsus. ER. Et in cerebro colligi potest humor mor-dax, qui in ventriculos incidens morbum hunc pariat. Potest in eadem venenatus aut malignus spiritus prepa-rari, qui idem efficiat: quod vel ex Fernelio allatæ historiæ perspicuè probauerint. Ex hoc tamen non sequitur non debuisse hanc ab illa specie distingui. Nam ad cura-tionem omnino prodest nouisse, in qua parte causa ma-li coaceruetur: vt postea pluribus declarandū erit. Non est enim ratio vel curationis vel prædictionis eadem, cùm vel intra vel extra caluariam morbi causa succrel-

signa distinctivæ species epilepsia. cit. FVR. Quibus signis distinguuntur species iam pro-positæ: ER. Nihil hic est vel dubij vel difficultatis. Potest apud Græcos pariter atque Arabas, nec non Latinos si-gna tum pathognomonica tū distinguentia & prognos-tica singularum specierum querere, qui per se inueni-re ex dictis nequit: nos non confessa & nota, sed vel ig-nota vel in dubium reuocata explicare decet. Quòd si in Epilepsia natura & causa inuestiganda longiores fu-isse censemur, duæ nos bonis & doctis viris causæ ex-cusare debebunt, vna est quod nullus morbus rectè cu-rari potest, priusq; rectè sit cognitus. Quantum porrò in præsente causa insit obscuritatis, opinionum discrepan-tia nimio plus declarat. Altera est, quòd modum tibi-methodumq; innotescere volui, in alijs morbis simili-ter veritatem perscrutandi. Plurima namque sunt, cum in alijs quibusdam, tum in capitibus morbis, quæ accur-^{ta}re, tio

tiore consideratione indigent. His addi illud etiam potest, si tamen ad rem facit, quod fieri non potest (modò Galeno in 3. de Plac. Hipp. & Plat. cap. 4. id ex veteribus Philosophis affirmanti credendū putemus) ut qui cum garrulis disputat, non garrulus ipse quoq; fiat. Qui, quæ de hoc morbo finxerit deliria portentosa Paracelsus, considerabit, facilius nos excusatos habebit. Ergo reliquum hoc iam esse videtur (postquam quid sit Epilepsia, quomodo fiat, à quibus causis cōcitetur, diximus) vt, priusquam ad curationē descendamus, Paracelsi figura menta audiamus. Recita igitur nobis, quæ in lectione librorum eius annotasti. F V R. Libens faciam: ea tamen lege, vt quæ confusè ille de morbi essentia, causa, & generationis modo tradidit, discretè proponere non iubear. Difficillimum enim est, quæ permisit homo ille scripsit, electè separatimq; alijs referre, ac nihilominus mentem eius fideliter declarare. Ita enim concisè de perturbatè plerunq; loquitur, vt vix dici possit, cau-
lēne, an morbi, an symptomatis curam habuerit maiorem. In libro De morb. caus. inuisibil. putat hunc morbum homunculum quendā esse, quem hominum cruditas, qua sibi persuaserint iratos Santos de celo in-
morbum hunc immittere, pepererit: qui sic ægrū qua-
titat inuisibiliter, ac si quis reuera & visibiliter (ipse, corporaliter, dicit) eum de angulo uno in alium coniceret. Etsi verò inuentum fuerit remedī, credulitatis tamen efficacitatem superauisse, & ob eam causam morbo nihil detractum, ac medicos de curatione desperauisse. In libro de Comit. matricis, Epilepsiam nihil aliud esse quam tonitru afferit. Et quia tonitru sint species quatuor, singulorū elementorum singulæ, in homine quanto, singulorū elementorum singulæ, in homine quanto, totidem inueniri species epilepsie. Consentaneum que hoc est hypothesi, qua statuit in homine tanquam in

Epilepsia Pa-
racelso est ho-
munculus ab i-
ratis sanctis im-
missus.

Epilepsia est
tonitru.

*In singulis ele-
mētis tonitrua
qua.* mundo minore, cuncta inesse actū, quæ in mundo mā-
iore insunt. Cæterū ignis seu cœli esse tonitru, aeris
fragorem, aquæ tremorem: terræ autem, terræmotum.
Proinde speciem quandam epilepsiaæ nasci ab igne, quæ
tonitruis aut fulminibus respondeat: quam igneam vo-
cat. Sic aliquam esse censem, quæ aeria dici debeat. Aliam
quæ aquæ nominari possit: deniq; quandam esse, quæ

*Quomodo ge-
neretur epile-
psia iuxta Pa-
racelsum.* terrea appellari valeat. Modum generationis perfaciē
intelliget, qui, quæ de fulminis generatione ex ipsius
sententia in secunda velitatione dicta sunt, in memo-
riam reuocare volet. Ut in magno mūdo, inquit, vapor
intra ouum aut putamen compactus, sulfure, sale, mer-
curio, maturatis, atq; putamine propter ebullitionem
disrupto, cum violentia & strepitu erumpit, ita in ho-
mine quoque vapor velut intra ouum conclusus cor-
tice fracto exilit, ægrumque tanta vehementia proster-
nit. Sed præstat, quæ ibi diximus, huc transferri, ne re-
petere cum nausea cogar. Idem voluisse videtur innue-
re, quando in libro de Amentia paroxysmum incipere
scripsit, cùm faber mercurium, sulfur & salem, in liquo-
rem transmutet ac permisceat, operaque sclis & martis

*Faber epile-
psie.* ignem ex contrarijs accendat. Quem hic fabrum no-
minat, alibi videtur Ascendentem appellasse, dum sic
scribit. Ascendens, dum per materiam penetrat, eamq;
liquefacit ac vrit, vaporem suscitat. Frustra humoribus
describitur, et si gaudium, tristitia, terror, aliquādo eum
concident. Sulfur solum in causa est, vñā cum ascenden-
te. Causæ autem præparationis percenseri omnes ne-
queunt. Simile illud est, quod eodem in libro dixit. In
corpore iacent morbi semina, quæ per Ascendentem
morbi effectorem accēduntur, vt in cerebrum & sinus
ratiocinationis ascendat. Morbi natura in homine aut
corpore eius minimè inhæret, sed in sulfure. Nā quem-
admodum ventus aut fumus causa est lacrymarū, non
osu.

Oculus, ita res h̄ic quoque habet. Partem affectam putat spiritum esse seruientem sensui, hoc est, ventriculo-
rum cerebri: quod iam recitata verba clare probant. In lib. de Comit. ex matrice h̄ec habet. Paroxysmos efficiunt Planetæ, inter quos faber quærendus est, non in vrina, excrementis, pulsibus. Habet autem sedem suam Planeta in anatomia spiritus sensitivi. Alibi hunc & podagram & coli dolorē affectus asserit esse spirituum aciditatem & ponticitatem (hoc enim nomine vtitur) habentium. Huc illud quoq; facit, quod in lib. de Co-
mit. scriptum legimus. Causa est, inquit, putridus & fœtidus vapor, in cerebrum & sinus rationis incidens, ho-
minemque prosternens. Nec foetor quilibet id potest,
sed duntaxat stupefaciens, qui simul inebriat ac mordi-

Pars affecta
quæ.

Epilepsie can-
sa que Para-
celso.

tuor ponit, vt iam audisti. Alicubi septem numerat his species epilepsie quot Para-
celsi. Viscus arboris curat speciem septimam: sed in-
finitum morbum alium Syphytam primæ speciei. Quòd sp̄ecies epilepsie
sifprædictis quatuor addas cordis tremorem, palpitationem & *ένσεων*, quas lib. de Comit. morbo epilepsiae
species fecit, septem habebis. Non memini eum sic distingueret, vt aliam in capite, aliam in alia parte causam
habere dicat. Quippe ortum seu locum, in quo causa
mali colligitur, in omnibus specieb. incertum videtur
credidisse. Sic enim in lib. de Guaiaco scribit. Quicquid
mederi Comitiā debet, spiritus habere oportet subtilles, acres, penetrantes: qui totū peruadant corpus, dum
ad locum, in quo morbus iacet, perueniant. Nam certò sciri à nemine potest, ubi sedes eius sit vel centrum,
ex quo exit. Hæc de origine, causis, natura, & speciebus
epilepsie obiter annotauit, dum libros eius legi. Non
dabito, quin multa neglexerim, & in libris à me non
visis etiam alia quædam reperiantur. E R. Nimis multa
hæc sunt quæ protulisti. Adscribam nihilominus, quæ

in lib. Paragraph. hac de re perturbatissimè tradidit, vt incredibilem confusionem & inconstantiam planius omnes perspiciant. Principiò dicit, siue in ventre, siue in artibus mali sit initium, semper tamen paroxysmum in capite originem suam habere. Causam scribit esse veluti ventos inter se pugnantes. Materiam esse ait, mineralia in chao reperta: nempe hydrargyri species. Et sicut prius cerebrum omnis epilepsia locum affirmauit, ita paulo post ait, paroxysmum non ex cerebro, sed ex chao prodire. Species facit Cataleuticam, Epileuticam, Analeuticam, suffocationem matricis, Syncopē, spasmum, Tetanum, Apoplexiā vniuersalē, Paralyſin, Spinæ incuruationem, Scintheriam, Cataleuticā, Vertiginem. Causam hanc reddit, quod omnes hi morbi vnam eandemq; habeant originem, siue ex una parte prodeant. Sed præstat hæc ponderare. Principio quid aut qualis

*Homunculus Pa
racelsi plura
significat.*

fit hic morbus, nullibi ab eo dictum obseruasti. Cum homunculum esse ait, dubium incertumq; est, quid voluerit. Interdum sic vocat imagines incantatorum: de quibus in prima parte egimus. Aliquando sic nominat cogitationes siue simulachra ab imaginatione concepta facta: ut cum eiusmodi in corpora transmutari siue in res ipsas stolidè contendit. Hoc modo alios quoque morbos quosdam natos scribit: sicut alibi monuit. Quod si per homuncionem tale quippiam hic intellexit, plus non docuit, quam hunc morbum ex imaginatione & metu ortum fuisse: qualis autem & quid sit, minime explicat. Quod si homunculū ita nominat, quomodo alibi contendit, morbos esse integra corpora, manus, pedes, oculos, aures, &c. habentia, tantundem intelligentius. Sanè si homuncio Paracelsi ægros ita protest ex angulo uno in aliud coniçere, ut homines ex loco in aliud quædam trudere solent, viuum aliquod est animal, magnis omnino viribus præditum. Sed longe aliter nobis videtur. Cum epilepsiam dicit esse toni-

PARS QVARTA.

83

Mu aut fulmen, quid aliud dicit, quām se nescire quid
dicat? Insulsa quām sit ratio eius, quæ de nomine mi-
crocosmi sumpta est, in proxima collatione declaraui-
mus. Admirabile est, quòd causam epilepsia putat ita
conclusam intra putamen seu corticem esse, quomodo
vapor calidus & igneus intra nubem continetur. Ad-
mirabilis est, quòd fulminis materiam ita generari sibi
persuasit, quemadmodum in secunda parte eum sensi-
se ostendimus: cùm falsius nihil esse possit, siue huma-
nas siue diuinæ literas cōsulamus. Admirabilissimū est,
q̄ non vidit, se similitudinē nullam inuenire. Profsus o-
pinionem superat omnium hominū, quòd hanc sum-
mam orationis suę dignitatē virtutemque existima-
uit, si neque constaret sibi vspiam, neq; intelligeretur à
quocquam. Quomodo enim conciliabis, quòd ab ima-
ginatione profectam dicit? & quòd propterea natam
in homine ait, quia in eo necessariò inueniri oportue-
rit, quæ in mundo maiore visuntur? An tonitru etiam Seminum duo
homunculus est ab hominum timore procreatus? Ta- genera apud
le illud etiam est, quod semen quoddam dicit esse, nec Paracelsum,

quale semen sit exponit. Seminum duo alicubi genera-
ponit, vnum quod ab initio tale fuerit, quod Iliastrum
appellat: alterum quod ex corruptione ortum sit, quod
Cagastrum nominat. Si ab illo semine propagata fuit,
falsum est ab imaginatione procreatam esse: & si hæc
peperit, aliquando non fuit homo microcosmus. Iam
si à seminibus originem suam sumit, quæ seipsis non
subsistunt, sed post lapsum primi parentis indiuulse ad-
hæserunt radicibus bonis, vt affirmant discipuli, quo-
modo verum erit epilepsiam nō esse in homine: ac nul-
la in corpore labe seu culpa existente generari? Fumus
aut ventus non euocat lacrymas ex quibusvis oculis,
sed tantum ex imbecillioribus & sensu acutiore prædi-
cis, vel, vt semel d. cam, ex lacrymari aptis. Nam neq; ex

stupefactis aut emortuis, neq; ex robustis aliquid edicit. Etenim contingit frequenter, vt duo, tres, aut plures vno in loco fumum oculis æquè excipiant, & ab eo vni duntaxat, non reliquis, lacrymæ exprimantur. Sulfur ergo, quod pars hominis aut corporis non est (nam si pars est hominis, ac in se morbi naturam continet, falsum est, in homine seu corpore non inesse) sed velut externus fumus, nullibi epilepsiam concitat, nisi in corpus huic malo obnoxium incidat. At quod aptum est

Morbus est in hunc morbum pati, culpa non vacat. Morbos demonstrauimus affectus esse corporis, & in eo, vt in subiecto, inesse, non in efficientibus causis. Mera igitur somnia & pudenda deliramenta adfert insanus Tenebrio. De causa epilepsia recte dixit vaporem esse aut fumum acrem & mordicantem. Recte illud etiam addidit, tunc concitari paroxysmos, cum eiusmodi fumus in cellas rationis incidat. Non recte, sed planè insanè fixit nescio quam vesicæ cuiuspiam disruptionem. Multæ & variæ collectiones omnibus temporibus suborte, & velut in sacculo aut vesica conclusæ in plerisque partibus corporis visæ sunt: quarum aliæ discesso loculo effluerunt, aliæ concepta putredine eundem eroferunt, aliæ aliter apertæ fuerunt: sed epileptica symptomata nunquam concitarunt. Multa etiam in partibus diuersis, vel ab humorib. vel flatibus distenta vasa crepuerunt: aliæ quoq; particulæ vel propter saltum, vel pondus, vel percussionses ruptæ sunt: sed tonitrua nulla pepererunt. Iam si fit Epilepsia in nobis, quomodo quatuor illa Particuli tonitrua, necessum est, vt in diuersis partib. fiant. Nam ignis, aer, aqua, terra, locis distant. Quare non omnies Epilepsiaæ quatuor illæ species in cerebro fient: sed illa duntaxat, quæ aquæ soboles est. Contrarium nos suprà demonstrauimus. FVR. An non ipse quoque confitetur, spiritum seu fumum in cerebri cameras ilabent.

labentem morbi causam existere? Alibi solum colligi
& nasci censuit. ERA. Nunquam & nusquam eum sibi
constare nimis nouimus. Vesicam illam fictitiam fu-
mo plenam in cerebrum ascendere, ibique disrupti o-
porteret: quod an fieri possit, tibi cogitadum relinquo.
Impudens bestia, cui omnia peruertere statutum erat,
quæ euertere propter euidentiam non potuit, additio-
ne aliqua deprauare, foetidaque saliuua sua aspergere &
conspurcare studuit. Si per spiritum acetosum, per sul-
fur chalcanthi, per foetidum halitu[m], vaporem intel-
lexit mordacem, aut inimica qualitate alia donatum,
melius sensit, quam locutus est. De speciebus morbi,
quantum deliret, vel cæci videant. Quis vñquam sanus
homo sic putauit aliquam epilepsiam gigni, quomodo
fulmen aut tonitru generatur? Aut quis censuit, cordis
aut membrorum palpitationem atq[ue] *excessu* (quæ cum
naturaliter incidit, vel *καταλήψει* vel melancholiæ
species est quædam) inter epilepsiaæ species numeran-
das? FVR. Video hiare omnia, & scopis dissolutis mi-
nus coherere, quæ infelix ille scripsit, vniuersa. Velim
interim audire, quid de discipulorum doctrina iudices,
qui implicata explicare, obscura declarare, confusa di-
stinguere, rudia expolire, dispersa colligere, latentia e-
voluere, perturbata & temere dicta in ordinem collige-
re & emendare voluisse videri cupiunt. ER. Magnus vi-
deri meritissimò poterit, qui, quæ falsa sunt, vera de-
monstrare, & quæ dixisti, præstare poterit. Si hoc animo
ad scribendum accesserunt, minus sunt vituperio di-
gni. Si aliud spectarunt, preceptorē magis ferè sunt exc-
rabilis. Ille namque Pythonē agitatus & insanus scri-
psit, h[ab]i dant operam, vt non tantum cum ratione insa-
nit, verū etiam pestem & exitium omnibus parent. *Quid de epil.*
De epilepsia sic sentiunt, eam esse vitriolum mercuria- *sentiunt Parac.*
le, in quo symptomatū signaturæ vitali potestate con- *discipuli.*

tineantur. Eandem dicunt morbū esse astralem. Quippe semen eius nullum post se relinquere corpus virale vel manifestum, sed yna cum tincturis & fructuum resolutionibus totum abire in dissolutionem: instar eorum, quæ in sublimi generantur, & ob id meteora non minantur. Nullam in hac substantiæ planè corporeæ, fœcundæ, vel permanentis fieri generationem: & vitalia principia simul omnia occupare. Qui has morbi conditions obtinuerūt, Astrales ipsis vocantur. FVR. Non intelligo quid sibi velint. E R. Nullam facis iacturam, sed quæstū potius, cùm mirificāistorum Tenebriōnum doctrinam, id est, insulsissimas & pestilentes nugas non intelligis. Seminum siue radicum morbosarum (quas essētia & genere à morbis differre negat: sed progressas, maturatas, exaltatas, morbos appellari afferit) alias corpus generare, vt tumorem sensibilem, alias spiritales tantum fructus producere aiunt: in quorum numero collocant epilepsiam. Quid ex his discere possumus recti? Epilepsia est morbus, nullum generans corpus crassum, quod post se abiens relinquat. At tales plurimi toto cœlo distincti reperiuntur. Semen esse ait, quod in abyssio absconditum lateat: ex quo tantundem proficimus. Vitriolum mercuriale cùm dicit esse hoc semen, Paracelsi nobis somnia refert: quæ, quia nullis subnixa feruntur rationibus, sed cum veritate omni diuina & humana pugnant, nos iure irridemus. Non expectas, opinor, vt insanias refutem, qua spiritus corpora negant: qua incorporea in corpora transmutari contendunt: qua causas morbos fieri, hoc est, causas in effectum conuerti asseuerant. Omnia hæc in præcedente disceptatione discussimus. Illud mirabilius est, quod præceptorem imitantes perinde sibi constant atque ille. Nunc Chalanthum mercuriale aiunt esse: mox vitriolum sulfureum afferūt: Paracelsus autē sulfur nuncupat.

*Seminum alia
corporeos, a-
lia spiritales
fructus edunt.*

cupat. Et dum vitriolum esse affirmant, corpus esse negant, quid faciunt aliud, quam quod chalcanthū mercurij aut sulfuris particeps ē censu corporum eximunt? Cūm ad affectas sedes ventum est, vel inutilem earum inquisitionem & cognitionem dicunt, vel inueniri posse negant, vel facile cognosci aiunt. Præceptor certò sciens à nemine sedem affectam dicitat, vt audiuiimus. Discipuli difficulter inueniri sēpe scriptitant: atq; interim scelaboriosam indagationem subili machinatione levaturos arroganter promittunt. Quis lites has & infarctus nequit, frustra machinabuntur. Si potest sciri, mentitur Magister improbitatis eorum. Vide, quęlo te, Inscitia Para-
celsicorum. pudendam inscitiam istorum Nouatorum. Morborum plurimorum radices similes esse, locis duntaxat differenteribunt: cūm alias, vt auditū fuit, contendant diuersa loca diuersa cōplecti semina: multo profecto probabilitus est, singula suis locis cōprehendi semina, q; eadem discrepantib. locis cōtineri. Cæterū locos nō intelligunt puto, partes corporis, in quibus radices ab initio latuere: sed in quibus fructus seu resolutiones suas (vt nominare ipsi solent) ostentant. Quia radices certæ si connatae sunt subiectis certis, quibusvis adhærere non poterunt. Illud cūm affirment, hoc vt nobis concedant prorsus coguntur. Ergo vna & eadem radix ad diuersa loca tendens diuersa generabit symptomata. Quo potito, necesse est, vt eadē causa seu morbo (radices enim suas, quas nos morborum causas vocaremus, si in rerum natura tales essent, quales esse singūl, ipsi morbos appellant) in eodem loco existēte symptomata eadem consequantur. Epilepsia, Apoplexia, Catalepsis, Melancholia, Ecstasis, &c. radix vna similisq; statuitur. Locus quoque horum morborum unus idemq; est, vt suprà demonstrauimus. Ergo symptomata omnium similia sunt. Hoc quis verum esse putabit sanus? Evidem epi-

Locus quid.

leptici conuelluntur, mente ac sensibus orbati. Apō-
plectici instar trunci immobiles sine sensu motuq; vix
respirantes iacent. Cataleptici rigent, liberè satis respi-
rantes, non nunquam etiam sentientes. Melancholici
cætera fermè commodè habent, perperam duntaxat in
quibusdam ratiocinantur & imaginantur. Ecstatici ra-
piuntur cogitatione & visionibus quibusdam extra se:
in reliquis nihil habent, de quo maximè conqueri pos-
sint. Quid in his morbis simile reperitur? At causa, in mō
morbus (iuxta Paracelsicos) & locus unus idemque est.
Vnde igitur symptomatum tanta diuersitas? Non po-
test causa verisimilis illa vel à Paracelsic. singi, quos fig-
mentorum mendacissimorū artifices & magistros non

Morborū sta-
ta sympt. unde
orientur.

diffitemur. Etenim morborum stata symptomata effe-
ctus sunt, vel affecti loci, vel causæ, vel morbi, vel duorū
ex his, vel omnium. Hic, ubi causa, morbus, locus non
discrepant, quam diuersitatis causam comminisci po-
teris? FVRN. Non dabo tibi locum originis siue ma-
tricem eandem esse omnium. ERA. Ego verò tibi hoc
repono, impossibile esse, ut radix eadem diuersis in ma-
tricibus foueat: si vera sunt, quæ ponunt Paracelsici.
Singulis namque elementis suas attribuit radices Pa-
racelsus: nec quamlibet in quois loco nasci ait. Idem
discipuli asserunt, dum bonis radicibus certis maledi-
ctione Dei semina morborum certa inserta permistaq;
testantur. FVR. Idem contrarium quoq; affirmat, in e-
lementis singulis omnia inesse: quod discipuli etiam af-
serunt, saltem potestate. Omnino enim ex eorum dictis
sequitur. ER. Scio eos nusquam non sui similes esse: id
quod non magnificere nos decet. FVRN. Interim ta-
men ex alimentis quoq; subinde in corpus inferri no-
ua semina constat. ER. Tametsi cum eorum hypothesi

pugnat, tamen concedatur eis hoc quoq;. Nuper illata
semina vel sunt eiusdem cum insitis naturæ, vel diuer-

Radix eadem
in locis diuer-
foueri ne-
quit.

Si

sa. Si eiusdem sunt, & in partibus natura differentibus
 inhærent, falsa sunt, quæ de cognatione radicum bona-
 rum & malarum blaterant. Si diuersæ, iam non sunt ex-
 dem prædictorum languorum radices. Quod enim a-
 lias impuritates ab ortu, alias vsu alimentorū implan-
 tari aiunt, falsum & ementitū est, non tunc solùm cùm
 ipsam rerum naturam & veritatem spectamus, verùm
 etiam quando hypothesis eorum sequimur, atq; vt ve-
 tam admittimus. Nec verius illud est, quòd alias sepa-
 rabilis, alias inseparabiles faciunt: siue quòd alias indi-
 uiduorum, alias specierum proprias esse dicūt. Si enim
 semina seu impuritates istæ sunt res incorporeæ, aut
 certæ certis subiectis inhærent, quomodo possibile est,
 vt subiecto suo deserto aliud occupent? quomodo se-
 parabiles sic erunt, vt incorruptæ de subiecto in subie-
 dum transmigrent? Accidentia separabilia cùm dici-
 mus interire absq; subiecti interitu intelligimus, sepa-
 rata subsistere aut permanere minimè credimus. Iam
 pndem illud etiam explosum est, non tantum à Deo in
 factis literis, sed etiam ab hominibus eruditis, in quoli-
 bet inesse quolibet: ita non differre materias rerum
 generæ, specie, &c. quomodo res ipsæ differunt. Quili-
 bet enim actus in sua sic est materia, vt in aliam intro-
 duci virtute alia quām diuina nō possit. Sic propria ac-
 cidentia non nisi in suo proprio subiecto sunt imagi-
 nabilia. Si enim alibi singantur, iam propria non esse si-
 mul cogitantur. Quo pacto igitur iubent nos in horas
 separare morbosas impuritates ab alimentorum puri-
 tate? Si in alimentis eadem insunt semina, quæ in nobis
 infunt, sequitur alimentorum materiam eandem præ-
 cisè esse cum nostri corporis materia. Frustra igitur co-
 quuntur & transmutatur in chylū & sanguinem: gratis
 partes quedam tanquam excrements & assimilari non
 apta separantur: incaſsum de frustrata concoctione ho-

*Radices mor-
borum Para-
celsicæ nō sunt
separabiles.*

*Quomodo ac-
cidentia sepa-
rari dicantur,*

mines conqueruntur, si eadem est illorum & nostra na-
tura. Si non est, impuritates eadem non sunt. Ergo non
fient causæ morborū humanorum, eo modo, quo Para-
celsici nugātur de his. Nam in diuersis subiectis diuer-
sas oportet inhabitare proprietates. FVR. Cūm permu-
tantur in substantiam nostram, tunc nostræ fiunt ipsæ
quoq; ER. Si in eis ita essent, vt mutato subiecto nō mu-
tari eas necessum esset, nostræ fierent. Iam autem mu-
tata alimentorū substantia, cūm necessariū sit proprietates
similiter mutari, insulsa, fatua, falsa sunt omnia.
FVR. Quid, si qualitates dicam esse, quæ certam mate-
riam non postulēt, sed in quauis recipi queant? ER. Se-
parari tamen aliter non possent, quām accidentia alia
solent. Verū tales non sunt. Aiunt enim esse potesta-
tes, quæ infallibilem scientiā natæ sint figurarum, co-
lorum, saporum, quantitatum, resolutionū, coagulatio-
num, temporum, locorū: hoc est, prorsus admirabiles &
sapientes. Tales autem quis putet esse vagas, vt in sub-
iecto quoquis hospitari soleant? Nō enim sunt qualitates
primæ, aut ex his temerè natæ: sed maledictione divina
propter præuaricationē protoplasti reb. certis certe li-
peruenerunt, seorsum nunq; & nusquam substituerunt.
Non enim promiscuè radicib. puris quibus liber copu-
lantur, sicut aiunt, sed tales talibus, domesticæ domesti-
cis. Quocirca vnicuiq; speciei adiunctæ sunt congruen-
tes, quæ sine discordia & lite cohabitent. Hac illi more
suo iactantia summa percrepantes, mox veluti attoniti
& oblitidictorū planè diuersum affirmant. Nos autem
conuenit spectare, non quid vesani & inconstantes Bla-
terones dicant, sed quid consentaneū sit positis & veri-
tati. Quod nō potest cum quoquis esse, extra subiectum
sua naturæ, siue extra speciem suam non est imagina-
bile. Hoc sempiternæ veritatis est in natura, in qua pre-
ter primas qualitates paucissimæ reperiuntur, quo in-

Mutata sub-
stantia mutan-
tur proprieta-
tes propter
formam inhæ-
rentes.

quouis subiecto quomodolibet temperato inesse pos-
sunt. Sed hanc rem superioribus mensibus disputauim-
us accuratius. Positum ab ipsis est, quamq; speciem
suas habere impuritates. Quid cōsequatur vides. FVR.
At iūdem etiam contrarium ponūt, & hominem capa-
cem omnium statūt. ER. Cām in scriptore vera & fal-
sa, contraria & contradicentia reperiuntur, quis nescit
eligidū verum, abīciendum falso? Insulsissimum
de Microcosmo figmentum cum cōelo & terra, id est,
cum deo & hominib. pugnare certissimē iam antē pro-
bauimus. FVR. Absurditatē dogmatis perspicio: &
Proinde aliud nunc molior. Radices siue morbi Para-
celsici locis tantūmodò differre, cātera similes esse di-
cuntur. Cur ergo non eodem semper & vbiq; modo se
fructuum suorum resolutione patefaciunt? Quippe in-
fallibilis scientia temporū, locorū, figurarum, qualitatū,
magnitudinum, coagulationum, resolutionum, ornata
vbiq; sciunt quos comites & stipatores asciscant,
quam personam induant, quibus vestimentis amician-
tur ac velentur: vbique materia adeat multiplex, ex qua
deligere suae naturae familiaria possint. ER. Quomodo
cunq; locum accipiant, impedimentū nullum erit. Si
enim primum intelligūt, vt maximē eis largiamur, eas-
dem radices impuras adhārescere diuersis puris posse
(quod falso esse ostendimus) naturam tamē nō mu-
tant, ac scientia sua sine errore sibi fabricant fructus &
corpora. Si discriminē aliquod fingatur, fingi tamen a-
liud non poterit, quām iuxta maius & minus. At ab ea-
dem radice suscitati fructus longē diuersissimi conspi-
ciuntur. FVR. Si non mutat locus symptomata, cur tu
virges tantopere affecti loci dignotionem? cur ab eo
dem morbo eademque causa pro diuersitate locorum
diuersa adeo symptomata prouenire asseris? ER. Maxi-
ma est differentia inter locos nostros & Paracelsicos.

Quid differat
Loci Galenici
& Paracelsic.

Nos enim locos vocamus partes corporis actionū casas & instrumenta, vel usum aliquem certū ei præbentes. Morbos quoq; harum partium dispositiones naturæ aduersantes dicimus. Quis ergo miretur, quod cùm ab eadem causa vel morbo instrumenta differentium actionum leduntur, diuersa pronasci symptomata asserimus? Si humor crassus obstruat oculum, visus: si aures, auditus: si nares, olfactus perit: licet obturans humor v. nus idemq; esse cogitetur. Paracelsi autem locos faciunt capsas, cistas, hospitia, & diuersoria seminum seu morborum suorum: ex quib. definitis temporibus eos prorepere, fructusq; suos spargere docent. Deinde non partes corporis actiones edere depravatas, cùm morbum aliunde aduentantē receperūt hospitio, sed quiescere scribūt. Si radices morborum olfecisset Galenus,

*Incredibile uertiginosi Pa
vacelsici deli- rium.* facultatibus certè, quæ partibus sanis insunt, morborum gubernationem non adscripsisset. Silent naturæ prioris ministeria, & hospitum potentiarum satellitibus prouinciam concedentes, incognitas corundem molitiones nouasq; progressiones anxiè admirantur. Non est illa facultas in posterioribus cerebri ventriculis, alimentorum impuritates paulatim, quoad sanguinitate fruitur animal, expellens, quæ tantas conulsiones manuum, pedum, capitis, totius corporis, in epilepticis paroxysmis molitur: validiores adsunt vires, quarum efficaci potentia vniuersum animantis robur obtemperat. Hæc illi: ex quibus manifestè perspicis, eos non affectis partibus seu instrumentis actiones lesas attribuere, sed suis morbis assignare. Silent siue cessant, aiunt, membrorum facultates, morbos aut causas eorum non oppugnant, nō alterant, aut coquunt, nō mutant, non dissipant, non expellunt, sed ociosæ & admira-bundæ spectant, quid hospites, quibus omne imperium concesserunt, quorumq; mandatis obtemperant, mo-

lare

liantur. FVR N. De hac remox:nunc quo cœperas ire,
 pergitto. E R. Locos primos aiebam non posse morbo-
 rum seminibus tantam adferre mutationem ,vt sym-
 ptomata adeò insigniter discrepantia pariant. Etenim
 sola vehementia, diuturnitate, frequentia (& similibus)
 differentia gignere posse. Si secundos locos nos iusse-
 rint intelligere, tantundem obtinebunt. Tam est eni-
 tate distincta profert symptomata, vt pro amentissimo
 viro habendus sit, quisquis negare audet. FVR. Curi-
 gitur affectorum locorum noticiam, in quibus se pate-
 faciunt sensibus, siue ad quæ fructuum suorum resolu-
 tione pergunt, vt ipsi loquuntur, inutilem esse dicitant?
 Si enim epilepsia radix, quantis per fructus & resolutio-
 nes nullas emittit, sed coquit ac parturit tantum, vel e-
 mittit quidē, sed ita imbecilles & paucas, vt priusquam
 accerebrum exporrigantur, potestatem lædendi perdi-
 dent, motum & sensum animali non adimit, conuul-
 sionemq; membris nullam adfert, nunquam epilepti-
 cus vocabitur, qui sic affectus est. Hunc enim solum co-
 mitiali morbo iactari dicimus, cui cum sensuū ac men-
 tis lœsione corporis membra cōuelluntur. Qui horum
 nihil passus est, etiam si tota vita sua radicem Paracelsi-
 cam in corpore suo gestauerit, ægrotare nō putabitur.
 Et si radix hæc ponatur in pede, exempli gratia, mali ali-
 quid fuscitare, sed prædictis symptomatis ægrum non
 flagellat, vt maximè ægrotare dicatur, epilepsia tamen
 laborare à nullo sanx mentis iudicabitur. Si autem in
 pede remanens, & ad cerebrum resolutionum seu fru-
 ctuum suorum potestate non pertingens, nihilominus
 mentem sensusque lædit, iam non erit cerebrum actio-
 num principalium instrumentum verum & proximum,
 sed pes. Id si non sit, symptomatum nuper dictorum (ex
 pede cum suis fructibus non exiens) effector nunquam

*Epilepsia labo-
rare qui dicā-
tur.*

esse poterit: sed aliter in pede, aliter in capite, aliter in partibus alijs nocebit. Quomodo ergo non oportet in quo quis morbo locum perscrutari, in quo sensibilem efficit actionum lœsionē, si propter hanc præcipue medici opem implorare omnes homines soliti sunt? Qui enim morbū metuunt solū, offendam actionis nullā adhuc sentiunt, nō curari, sed præseruari à morbis petunt. Et horum numerus, si cū illis conferatur nullus est. Vix enim millesimus, dum valet, ac nihil dum mali percipit, medicos consulit. Ergo si radix quælibet pro diuersitate partium, in quibus fructus suos extrudit, diuersa efficit symptomata, rectè curaturum exploratè nouisse oportet, quæ & qualia radix quælibet in loco quo quis suscitare possit accidentia. Ideo enim vocantur medici à languentib. vt fructus radicum auferant. Dum enim radices in quiete latent, & digesta tempora tacitè expectant, fructibus suis nulli parti incommodant, ægros se nulli putant. Si propter radices ægrotant, nullus poterit sanus vocari. Omnibus enim ex Paracels. sententia semina morborum omnium congenita sunt: & pleraq; à corpore & subiectis suis inseparabilia, ipsis testibus, creata sunt. Si sani sunt, qui actionem nullam sentiunt lœsam, tametsi radices morbosas multas habeant intra selentes, non ad harum nullis se fructibus malis patefacientium eradicationē aduocantur medici (indicant enim se sanos esse, medicoq; opus nō habere) sed ad fructuum auulsionem inuitantur. Quomodo autem abrumpet fructus noxios, si, quo in locohęreant, nesciant? Quomodo verò vbi nā sint depositi producti q; scient, si, quæ pars laboret, ignorent? Aut qua ratione laborantem partem cognoscent, priusquam actionem lœsam deprehenderint? Præscire igitur oportet, quam unaquævis particula actionem edat, quemq; in corpore rsum obtineat. Deinde quatenus à qualibet radice lœdi queat.

queat. Summatim dicam, Si radices Paracelsicæ fructi-
tæ homines reddunt ægros, nullus vñquam sanus fuit,
est, erit. Cæterum cùm nihil aliud sint, quām morbi a-
et in existentes (non potentia solū) ægros reddunt. Si
autem propter solos fructus omnes homines se putant
ægrotos (fructus autem hi non morbi sint, sed morbo-
rum effectus) nullus homo propter morbum, quem in-
tra se habet, æger dicitur: sed propter fructus morborū
ægrotare dicetur. Quocirca nullus eorum, qui aduo-
cant medicos, propter morbum, sed propter fructus
morborum medicum vocat. Ex quo illud sequitur, nul-
lum hoc petere, vt morbo liberetur, sed vt à fructibus
præseruetur. E R. Toto cœlo erras. Quippe tibi persura-
fissi, morbos esse partium corporis dispositiones pra-
eclarae, & pro earum modo actiones earundem lædi. Sed a-
nonum præter naturam causa non est inconueniens
instrumenti dispositio, sed morbi fructus seu resolutio
in membrū quodvis à sua radice deposita: sicut paulo
ante diximus. F V R. Rideo iam pudendam istam Para-
celsicorum inscitiam. Quia in præcedenti disceptatio-
ne didici, animam actionis absolutæ, instrumentum ani-
matum actionis certæ, eiusdē instrumenti affectionem
bonam aut malam, eiusdē illius actionis bonæ vel ma-
lae causam esse. Proinde tam iudico absurdum, & ab o-
mnī natura & veritate alienum, Paracelsi commētum,
quod paulo ante discipuli eius verbis recitasti, vt sum-
me admirer, hactenus quenquam insanire potuisse, vt
adeo stolidis figmētis fidem haberet. Si enim recta am-
bulatio & naturalis visio sine pedibus atq; oculis non
possunt effici, quomodo vitiosa vel ingressio vel aspe-
ctus absque iam dictis instrumentis exercebuntur? E R.
Morbos imaginantur Paracelsus & gregales eius, velut
animalia quædam esse omni scientia ad ipsos pertinen-
te prædicta. Cuius rei causa videtur eos Paracelsus non-

Nemo iuxta
Paracelsicos quoniam
pot à morbis li-
berari.

*Cur Paracel-
sus morbos nō
nunquā uocet
Homunculos.*

nunquam homunculos vocare. Quamobrem vt nullus miratur, Dæmones absque morbis membrorum in obsecisis admirabilia agere, sic demirari nō debes, quod Paracelsicos audis asseuerantes morbos illos suos spiritus sagacissimos in oculis cæcitatem & depravatam visionem, & in pedibus claudicationem aut corruptam progressionem moliri, nihil interim patientib. iam non minatis instrumentis. FVR. Impium est & flagitiosum mendacium, quod de morborum scientia crepant impudentes sophistæ. Sic enim morbos qualitates esse partium corporis probauisti, in præcedente congresu, ut nihil cuncter profiteri, asino quo quis rudiorem esse, quisquis de hac re dubitat sanæ mentis homo. Deinde ipsi quoq; Dæmones pedibus aut lingua nunquam vi- debunt, sicut oculo nos videmus: nec oculo aut pede loquentur, sicut lingua loqui solemus: nec lingua velociis vtentur ad incessum, quomodo pedibus nos ad ambulandum vtimur. Sed prodigiosis mendacijs relictis ad vtiliora conuertamus orationem. Dicebas ho- mines, non propter radicum euulsionem vocare medi- cos, quod his silentibus nullus se arbitretur ægrotare, sed propter fructus, quos pro morbis habeant. Hoc igi- tur quæro ex te, an non sufficiat radicem malorum o- mnium causam extraxisse? imò an nō hanc extirpauil- se præstet, quâm fructus subinde repullula scentes de- cerpsisse? E R A. Si posset natura corporis nostri corru- ptioni obnoxia incorruptibilis reddi arte medica, vt fa- crilegè mentitus est Paracelsus, præstabilius certè esset corruptionis originem tolli, quâm subnascentia ex ea perpetuò vitia corrigere. Quod cùm fieri à nobis non possit, hoc facere debemus, quod possumus. Sed nunc cum Paracelsi fæce negotium nobis est: ex quorum hy- pothesi tibi respondeo non sufficere. Etenim radices a- liquæ erui nequeūt, ipsi smet testibus. Harum ergo fru- ctus

*Virum radicē
morbi euelle-
re, an fructus
decerpere
præstet.*

etus demeterem subinde relictis radicibus cogimur, quod
tis eos pepererunt: aut prohibere, ne in illo nido ex-
cludant, in quo adeò noxijs esse solent. Hæc autem qui
tentabit artificiosè, quisquis locum illum non explo-
ravit? Deinde aliae sunt, quæ fructus genuerunt corpo-
reos seipsis subsistentes, & tunc etiam partes, in quibus
sunt affligentes, cùm à sua causa nō amplius fouentur.
Huius generis qui sunt, non abeunt necessariò, cùm eo-
rum causæ aufererūt: siquidem tolli possint. Quocirca
nunquam sanaueris ægrum quantis per hos non ex-
geris. Quomodo autem exiges, si vbi fixi sint cōpertum
non habeas? Pone spiritum salis, vt cum Parac. paulisper
infaniamus, partū suum edidisse in pede, ac generauisse
inflammationem, ac deinde tophum. Nunquam pedi
sanitatem ingressumq; reddes naturalē, dum materia
huc à spiritu salis resoluta & coagulata non fuerit dis-
persa & expulsa, etiamsi millies causam, à qua genera-
tack, sustuleris. Eadem ratio est in alijs infinitis. Equi-
dem radicum ablatione prohibetur noui fructus gene-
ratio, non tollitur geniti operatio. Quamobrem præ-
seruare dicetur is talis à morbo futuro, non censebitur
carare præsentem & factum. Luculentè satis ostendi,
puto, perperam ipsos loci affecti, eius, inquam, in quo se
parefaciunt radices Paracelsi, inuestigationē & digno-
tionem defugere & nihil pendere. ER. Laudo quòd la-
bore isto me leuaueris: & manifestè vnā mecum decla-
raueris affecti loci inuentionem summè necessariam
esse, siue Galeni verissimam, siue Paracelsi falsissimā hy-
pothesim tueri quis malit. FVR. Iam, si libet illud ex-
pendamus, quod facultatem cerebri audacius quam
prudētius negat humores noxios in epilepsia paroxys-
mis expellere conari. Hoc eam tempore sanitatis dun-
taxat facere: morbi tempore metu hostis in summo si-
lentio se continere. ER. Hi sunt præclari Hippocratis

veri discipuli (si dijs placet) qui se solos Hippocratis artem purè colere iactant. Quo in loco vir ille dubitauit, num actiones corporis nostrivitiosæ, quæ per morbos visuntur, à partibus affectis edantur? ideo corrupte & depravatè agere docet, quia morbo affecta sunt. Vbi rogo te, aliquis eruditus post homines conditos negavit ambulationem tunc solum vitiari, cùm aliquid eorum quæ ad ambulationem obeundam necessaria sunt, corruptum est? Quòd si partes ægræ humores ad se accedentes non alterant, mutant, coquunt, attenuant, abstergent, incidunt, discutiunt, excutiunt, vacuant, quomodo verè saneque Hippocrates dixit, & probarunt omnes ante & post ipsum homines, naturas esse morborum medicatrices? Non hoc dicit Hippocrates, quod libenter ei affinxisset Sycophanta quidam, Remediorum naturæ sanantis instrumenta.

Remedia sunt benter ei affinxisset Sycophanta quidam, Remediorum naturas morborum esse medicos. Non adeò fatuus fuit vir summus, vt remedia nesciret in plerisque malis instrumenta esse naturæ corporis: quibus adiuta & armata efficacius in hostem ferretur. νέστων Φύσις ἡγετής, inquit Hippocrates. Loquitur autē de natura corporum, non remediorum, vt depravator loquitur: quod se-

Natura morborum medici: αἰδεῖ τοι η Φύσις εαυτὴ πάσῃ φόδον, τὸν ἐπί Διγνοίας τὸ μὲν οἷον τὸ σκέψεων, τὸ δὲ η γλώσσα ταυρυγένης, τὸ δὲ λατοειδές. Αἴδει τοι η Φύσις εῖναι η καὶ μαθητα, ταῦτα. Ipsa, inquit, vias adiuuenit sibi ipsi, absq; rationicatione. Mox quomodo id contingat exponens, dicit, sic eam sibi viam moliri, quomodo connuere & linquam ad nomina certa exprimenda certo modo mouere, aliaque consimilia facere solemus à nullo edocere. Deniq; concludens, ait, naturam neq; vsu neq; assuetudine institutam, neq; aliter edocet am conuenientia facere. Quid porrò magis cōnenit, quam ut animal, quod ab initio conformauit, nutritum, auxit, gubernet argue conseruet? Quomodo autem conseruatrix & gubernatrix

trix fuerit, si neq; impendens malum arceat, neq; præ-
 sens abigat & propulset? Nullus, puto, verba Hippocra-
 tis de Natura remediorum dicta somniauit, non saliu-
 tartarea Paracelsi inquinatus. Nisi fortè & remedijs,
 quæ ipsa natura nostra sapientiora faciunt, linguam a-
 desse decernat, qua cum tartareis spiritibus suis misce-
 re sermones solita sint. Quæ excogitata vñquam fuit,
 aut excogitari in posterū maior poterit insania, quām
 naturam corpus sanum gubernare, at ægrum sua re-
 stione destituere? Quando magis indiget auxilio & pro-
 uidentia naturæ corpus, quām cùm à morbis pulsatur,
 oppugnatur, premitur, sternitur? Nō est ea rebus secun-
 dis tantum amica, sed multò magis in aduersis adeat fi-
 delissima auxiliatrix. Quod Hippocrates alibi quoque
 affirmauit, eam omnino sufficere dicens. Si quoad sa-
 nitate fruitur animal excrementa paulatim ex partibus
 vñuersis ac singulis expellit (quod vel inuite nobis cō-
 cedunt aduersarij) quo in columem seipsam vñà conser-
 uet, quomodo statim hosti cedere, officijq; sui obliuisci
 putanda est? Considera, quælo te, incredibilem istorum
 hominum inscitiam inaudita impudentia comitatam.
 Nihil dubitant scriptis editisque libris omnium vete-
 rum & recentium labores, vigilias, inuēta, methodum,
 doctrinam ridere, vituperare, damnare, explodere, dete-
 stari, sua deniq; tartarea figmenta omnium cogitatio-
 nibus anteponere: cùm interim ignorent, quæ vel intra
 modum exercitatis clarissima & notissima sunt. Actio-
 nes, quæ in morbis fiunt, à natura, vt à causa, ministerio
 instrumentorum seu membrorum effici negant. Silent
 enim ipsis metu præsentis hostis laborantium mem-
 brorum facultates: imperium & potestatem inimico
 viatori omnem permittunt: atq; initia, progressus, ope-
 rationes, stupidè admirantes, quò euasura sit res, anxiè
 expectant. Itaq; velim mihi dicant, eur radices illæ Pa-

Remedias fa-
 ciunt Paracel.
 sapientiora na-
 tura.

Natura in ad-
 uersis est fide-
 lißima auxi-
 liatrix.

Radices morbos non conuellunt cadas uera. racelsicæ tam admirabili scientia instructæ non pranos motus & conuulsiones epilepticas in cadauerib. exerceant, si naturæ nostræ viribus & corporis instrumentis nō egent? Si non possunt manū, exempli gratia, tollere vel iactare, nisi facultas mouens præstò adsit ac mouere conetur, quomodo ociosā delitescere aiunt? An non instrumenti eiusdē est actio laudabilis & illaudabilis? An alios pedes habent sani, cū rectè incedūt, & alios rursus ægri, quoties prauè ingrediuntur? An alijs oculis rectè valentes aspiciunt, & alijs ægrotantes cōtuentur? Quid potest fingi in ipso tartaro putidius, falsius, stolidius? Ego eisdem illis pedibus eisdemq; oculis, morbis affectos ambulare ac videre persuasum habeo, quibus per sanitatem ambulabant ac videbant: sed non eodē modo affectos habere tum pedes tum oculos aio. Instrumenta igitur actionum etiam prauarum sunt membrorum sine ipsis edi neq; cōuenienter neq; inconuenienter possint. Exposita hæc nuper sunt, cùm animam seu facultatem actionis, instrumentum certæ actionis, dispositionem instrumenti bonam vel malam concinnæ vel inconcinnæ actionis causam siue instrumentum ele docui. FVR. An non videmus Dæmones obsecorum membra absq; animæ opera mouere prout libet? Quid ergo prohibet idem de morbis cogitare? Evidē non minorem scientiam interdum videntur tribuere morbis suis Paracelsici, quam Dæmonibus. ER. Dæmones sunt substantiae intelligentes, seipſis subsistentes siue propria indiuidua, non sunt aliarum substantiarum accidentia. Possunt ergo hi cadaueris mēbra simili quodam modo mouere, quo animata agitare possunt. Huc impudentiæ nondum, puto processerunt Paracelsici, vt morbos suos tales substancialias, seipſis subsistentes, & ratione prædictas esse fateantur. Multò minus dicent, epileptica semina in cadaueribus suscitare conuulsiones, & mentem

& membrorum illas iactationes: Quod certè facerent,
si absq; opera naturæ membra sic mouere possent. Iam
& illud venire in mentem debebat, animas nostras, vt
pote immortales & separabiles substantias, non pati ab
istis spiritibus Paracelsi. Ergo pergit ea corpus anima-
re & mouere membra non minus cùm egrotant, quām
cūm valent. Quòd autem non similiter mouet, in cau-
sa est, quòd aliter nunc quā priū disposita sunt: & pro-
inde non eodem quo antea modo moueri apta sunt.
Tantum ergo abest, vt natura per morbos quiescat a-
geregq; desinat, vt nunquam agat efficacius, quām cūm
ad agendum à morbo impellitur & incitatur. Audacius
it contrā, quòd periculum est maius: modò non sit viri-
bus suis defecta, vel nimia morbi potentia prorsus oc-
cupata: sicut in magnis apoplexijs & maligna peste eue-
nit videmus. Morbi reliqui naturam premūt, non op-
primunt: oppugnant non expugnant: deñciunt non de-
icerunt: debilitant, non prorsus eneruant atq; extin-
guunt. Quamobrem nō prorsus intermittit officia sua,
etsi remittat aliquando paulū, dum se recolligat. Quin-
imò vi morbi irritata maioribus viribus, quām tempo-
ribus alijs, adoritur inimicum. An nō animalia cuncta
geregq; vehemētius cernimus, quo affliguntur acerbius.
& periculosius? Sicut contra pondus nititur palma, ita
aduersus morbos viribus suis consurgit natura. Nec a-
lia magis ratione pharmaca purgantia conducunt, purgantia in-
fusant, velutique dormientem expergefaciendo ad
noxiorum depulsionem concitant. Quod temporibus
alijs pharmaca efficiunt, hoc in crisis humores acres
naturam extimulantes agunt. Et cùm infinites natura-
nullis adiuta pharmacijs per crīsim morbos (eorumū-
causas) expellat, quis adeò potest amens reperiri, qui su-

*In magnis pe-
riculis alacrius:
pugnat natura:*

animum aduertat, non perspiciat Paracelsicos impudenter & petulanter mentiri? Haud dicēt, opinor, morbos semetipos expellere ac delere. Quare necessum est, vt à natura extrudi noxia confiteantur. Quæ causa oritur, in vomitionibus sæpenumero ejicit crassam puititam aliosq; humores prauos, retentis iusculis & cibis paulò antè assumptis? Quæ potestas in crisib. & diarrhoeis humores putrefactos ex venis ad intestina propellit, sanguine reseruato? Vidi qui vinum nigrū copiosum hauserat, incredibilem pituitæ & bilis copiam vomitu paulo post reūcere, neq; vnicam vini guttulam simul ejicere. Quis hoc seruavit, & reliqua exturbauit præter naturam? An non audax est temeritas, quod suis impuritatibus scientiam affingunt temporis, loci, quo agere debent, ac obliuisci muneris nunq; contendunt: Naturam aut nostram ita obliuiosam, ignauam, timidam, singūt, vt ad morbi aduentum stupefacta officijq; sui immemor spectatrix tantum sit ociosafabule, quam morbi Paracelsici ordiuntur? Dispeream si non verisimilia magis Lucianus in suis narrationibus referit. Impuritates Arsenici, Mercurij, Sulfuris, Nitri, &c. in abyssis inuisibilis & incorporeæ latent cum puris hospitantes radicibus (quarum tamen non sunt accidentia) & tempora destinata fabulae intelligunt, ex latibulis suis incognitis proreptant, ex incorporatis corporatè furent, corpus deinde crassum generant, seu ex se resoluunt, figura, quantitate, colore, sapore, odore, vestitu, quale imaginatæ apud se prius fuerant, cum hoc ad definitum locum per notas vias ad domestica hospitia abeunt, fabulam, spectante & silente natura, peragunt, rursus ad

*Naturam sto.
Uidam faciunt
Paracelsici*

loca sua se abdunt: & in re nulla aberrant. At natura non spectaculum obstupescit, nihil amplius agens præ admiratione. Hoc saltem nomine laudare eam debebant, quod

Quod tam adpositè fabulæ inseruit , tamque patienter
spectatricem se præbet. Quid tibi de adornatione huius
fabulæ videtur. FVR. Memini hæc à te in proxima col-
latione dilucidè & verè explanata esse. Recordor quo-
que Paracelsi testimonia producta fuisse , quibus natu-
ram tum vlcera tum morbos alios omnes curare: ac na-
turæ facultatem illud esse , quòd morbos sanet , palam
& verbis disertis asseuerat. Iccircò dupliciter peccant *Bifariam pec-*
cāt Paracelsi:
discipuli : & quòd consensum cum magistro non satis
tuentur: & quòd impotente superbaq; nouandi libidi-
ne aeti euidenti veritati contradicere , quam præcepto-
rem , quoties fortè fortuna veri quippiam ei excidit , se-
qui pulchrius ducūt. Si quis reperitur professione me-
dicus adeò impudens , vt ab alia causa , quam subiecta-
rum partium natura in vlceratis partibus carnem ge-
nerari inficiari velit , eum ego indignum iudico , qui pro
medicorum discipulo habeatur. Generat enim vulne-
rata vel vlcerata caro carnem bonam , si non sit affecta
præter naturam , & sanguinis vitio careat , malam , si ma-
lè sit disposita. Eadem & glutinat , & reliqua talia per-
agit. Nutritio igitur & concoctio tunc etiam fit , cùm
spiritus salium Paracelsicorum domicilium in ea parte
collocarunt. Si coctio tunc ibi fit , etiam attractio , re-
tentio , & alieni expulsio fit. Quod non expellitur omne
alienum , morbus facit , naturæ conatum impediens.
Et quid aliud Paracelsus ab euidentia veritatis coactus
dixit , cùm naturam in vlceribus omnia perficere , phar-
maca impedimenta duntaxat auferre scripsit? Quare
modis omnibus ineptiunt infelices isti nouatores.
E.R.A. Deprauatores & corruptores rectius appellauē-
ris. FVR. His in præsentia paulisper valere iussis (post-
quam neque de morbi natura & essentia , neque de sub-
iecto seu loco affecto , neque de causis affectis ac gen-
erationis modo , sani aliquid ac veri adferūt) de curatio-
ne aga-

ne agamus. Quàm iniustè & malitiosè (non enim puto
inscienter eos facere) Galeni distinctionē suggillēt, qua
alios in ipso capite fomitem mali habere, alios in a-
lijs corporis partibus morbi causam colligere docet,
etiam pueris patet. ERAST. De Prognostico ali-
quid dicerem, si nō res plana esset, ac omni controuer-
sia careret. Nunc sufficit scire, non omnem epilepsiam
incurabilem esse: tametsi frequenter frustra videantur
omnia tentare medici. Sanè vix quisquam in arte no-
stra cum laude versatus, & in medendo exercitatus re-
pertus fuit, qui non aliquem hoc morbo captum perfa-
nauerit: licet plures fortasse inaniter curauerint. Etenim
aliqui facilè, nonnulli difficilius, quidā difficillimè, non
pauci nunquam percurantur. Causa ex Hippocratis

*Omnis fermè
medici aliquos
epilepticos fa-
tarunt.*

Qui epileptici verbis, quæ in 2. prædict. lib. habentur, intelligitur. Diffi-
cile, et qui cillimè, inquit, euadunt, quib. à pueris incepit morbus,
& ad virilem vsque ætatem perduravit. Deinde, quibus
in vigore ætatis factus est, nempe ab anno vicesimo
quinto vsq; ad quadragesimum quintū. Tertiò in quib.
nullum apparet signum partis, in quo primum causa
morbi nascitur. Et cùm huius rei indicium adeat, diffi-
lius liberantur, quibus à capite initium sumit: postea
quibus in latere oritur. Quibus autem malum à pedi-
bus aut manibus incipit, omnium maximè curabiles
existunt. Demum quibus in senectute superuenit, in
primis moriuntur: qui si non intereunt, celerrimè sua
sponte liberantur, atq; à medicis minimum auxilijs sen-
tiunt. Secundo Aph. 45. pueros præcipue liberare afe-
rit mutationes ætatis, locorum & victus. Quinto libro
Aphorism. 7. hæc habes. Epilepsia quibusunque ante
pubertatem eueniunt, mutationem capiunt: quibus-
cunq; aut 25. anno accident, cū ijs magna ex parte con-
moriuntur. Patet ex his, qui nam facilius aut difficilius
sanari possint. Accipienda hæc verba Hippocrat. non
tan-

tanquam semper, sed ut plurimum vera. Etenim auxiliante Deo tum mares, tum foeminas, maritatos & coelibes, percuraui, qui post vicesimum quintum annum correpti fuerunt. Nobilis quidam iuuensis Vuestphalus qui à prima infantia grauiter & crebro paroxysmis infestari solebat, & multarum regionum medicos consuluerat, non magno cum fructu, ut aiebat, consilium nostrum fecutus intra primum annum vix semel, & valde leuiter, ut mater eius literis ad me scriptis testata est, comprehensus fuit. Conualuisse eum tandem integrè ex eo coniicio, quod nullas ab eo post obitum matris literas porro accepi: & quod vxorem duxisse intellexi. Quæ non ob aliud refero, quam ut intelligatur, ne illos quidem pro desperatis omnes habendos, quibus con nutritus est morbus. Si enim extingui morbus nequeat, salem mitigari ac debilitari poterit. Antequam curationem aggrediare, utile est adiucere verba Hippocratis, que primo loco citatis addit: Περιχειρειν δέχεται ταπειοσιν τοις πρόσον, εἰ δῶται τὸν τρόπον τοῦ ιότος. Λιὸν ἔωσιν οἱ αὐθρωποι νέτορις Φιλόπονοι: ταλιὸν σσυν αἱ φρένες τὶ κακὸν ἔχουσιν, ή εἴπειν τοις πρόσον, εἰ δῶται τὸν τρόπον τοῦ ιότος. αἱ μὲν γῆ μελαγχολικαὶ αὐτῷ σύνεσίες πάσι τοις πρόσον, εἰ δῶται τὸν τρόπον τοῦ ιότος. αἱ δὲ λυσιπτελέες: αἱ δὲ ἄλλαι, αἱ εἰς τὰ κάτω τρέπομεναι, πτοναι ἀγαθαι. αἱ τετραδέκα πόλλῳ αἱ αἰματηρωτατοι. Ergo non tantum nostri seculi experientia, qua certius & firmius in talibus firmamentum nullus sanus postulet, verum etiam vetustissimorum authoritas monstrat, non omnem epilepsiam insanabilem esse. Tam igitur foedè in hanc partem mentitur Paracelsus, cùm incurabilem scribit epilepsiam, quā putidē mentiuntur in alteram disciplinam, cùm cum præ omnibus alijs medicis epilepsiam percurauisse asseuerant. His positis ad curationem accedamus. Methodicam curationem diximus & probandum, iuxta indicationes à natura curandorum summas institui. Hoc in præsente iam morbo explanare co-

Historia

Curationem
dicta quæ sit.

nabimur. Ante omnia verò monendus es, me non anxiè aut superstitionē præseruationem & curationem distincturum, sed de vtraq; simul, prout res feret, dictum.

Morborum aliij occulti, aliij aperti. Quantum enim differant, iam antè nouisti. Ergo duplex est morborum, quod præsens institutum attinet, ratio. Quippe aliij planè insensibiles sunt, ac solis symptomatis percipiuntur. Alij modo dictorū comparatione perspicuè satis comprehenduntur sensibus: vt tumores, vlcera, vulnera, & similes aliae affectiones complures in superficie corporis apparentes. Prioris generis est epilepsia, de qua agimus. In hoc enim morbo nihil aliud quām intellectus, sensus, ac motus lœsiōnes percipimus: causam per ratiocinationem quæsitam animo duntaxat concipimus. Hac de causa non pertinet à nobis ægrī aliud, quām vt præsentem paroxysmum depellamus, & ne deinceps redeat, prouideamus.

Indicatio prima.

Ratiocinatio medicimethodo curaturi epilepsiam.

Priam igitur indicationem idiotis omnib. notam (quam dicebamus velut ἀρνηθεού esse curationis methodicæ) horrenda morbi huius symptomata adferunt. Morbum enim putant ægri esse symptomata terribilia in oculos incidentia. Quæ cùm præter & contra naturam eueniant, sui ablationem statim indicant. Hinc orsus artifex longius progreditur, sic colligens. Omnia hæc symptomata sunt actiones lœsæ, id est, motus quidam: ergo nō sunt, nisi dum sunt. At quod fit, à causa fit. Tolle igitur nequit, nisi causa tollatur. Causa est praua cerebri ventriculorum dispositio. hanc igitur pelli operet. Sed hæc quoq; dispositio non seipsa, sed cause sua ope subsistit, ideoque rationem habet rei fientis: quod morbis instrumentalib. plurimis commune est: de qua resuprà, & in tractatu de Causa contentrice fusæ egimus. Causa igitur huius affectus ante omnia vel extra corpus ejicienda, vel ex ventribus saltem cerebri euocanda, vel prossus excindenda fuerit. Hac vel deleta, vel alio

aliò translata restituta est naturalis cerebri constitutio: & disparuit simul actionum horrida læsio. Causa por- rò est vapor mordicans, aut cæca malignitate irritans. Hic ergo vapor auferendus. Sic inuenimus quid agen- dum sit. Quantum & quando agendum, per se liquet. Quomodo autem & quib. remedij educendus sit præ- dictus fatus, nondū liquet. Licet enim affectus & eius causa generatim & confusè remedia indicent, quanti- tatem tamen & particulares eorum differentias non indicant. Non satis autem est nouisse, quòd vapor no- xiús sit ex cerebri ventribus ejiciendus vel dissipandus, sed scire insuper nos oportet, qualibus remedij effice- re possimus. Docent hoc tum ipsa huius morbi natura, tum loci affecti conformatio, ætas, temperamentum, & quæ præterea recensuit Galenus. Sanè morbi natura ea est, quæ mentem ac sensum omnē ægro adimit. Quo fit, vt non facile aliiquid exhibere possis, ac frustra im- perare aliquid coneris. Locus autē affectus quia in pro- fundo latet, medicamentis nō facile attingi potest. Sū- *Curandi ratio inparoxysmo.* pereit igitur, vt reuellere illapsum in cerebri sinus va- pore tentemus, ligaturis brachiorum supra cubitum *Reuellentia.* & pedum supra genua. Sunt hæ partes vinculis firmis arctè ligandæ, & subito laxari paulo post debent: idque sapientius faciendū, donec euocetur fumus vellicans. Fri- cationes non multūm commodant, vt quæ vacuare ni- hil admodum ex affecto loco tunc possint, cùm adeò obtusè membra sentiunt. Interim leues cum oleis ad- hibentur, ad demulcendos musculos, ne ex conuulsio- ne violentia fortè rumpātur. Reuocamus aliquos bar- bæ & aurium vellicatione: sicut & cucurbitarū affixio- ne affiguntur autem pectori. Nonnulli etiam inclama- tione in aures excitati sunt. Contigit etiam, vt dum ac- censi albi succini fumo aliqui conarentur morbi cau- sam discutere, feruens gutta in labrū deciderit, egrumq;

propter excitatum dolorem confessim expergefecerit. Huiusmodi exemplis moti quidam sunt, ut in grauioribus paroxysmis idem ausi fuerint. Huius generis caustica sunt medicamenta, & vesicas excitantia ceruici admodum. Quæ non extra paroxysmū tantum, verum etiam in ipso paroxysmo utilissimè adhibentur, quoties per corporis nimiam iactationem nō impedimur. Et ignitum quidem ferrum statim finit accessionem: reliqua tardius iuuant. & hæc atq; similia reuelando prossunt.

Discutientia.

Dissipant autem stimulantem cerebri ventriculos substantiam, castorum cum aceto naribus illitum: oleum ex ruta sicca (efficacius est, quod ex agresti elicetur vi ignis) distillatum, inq; nares infusum. Prodest itidem, si eo tempora & sutura coronalis inungantur. Hoc oleo castorum & beniouinum excipiuntur, & vel naribus illinuntur, vel accensorum fumus eis subiicitur. Cum ad manum alia non sunt, Thymum, Hyssopum, Pulegium naribus obiicimus. Conducit præterea ore aperito palatum & linguam Theriaca & Mithridati antidotum confricare. Item aquarum, de quib. postea, cochlearium aut alterum ore diducto injicere. In vsu multorum est, præsertim nobilium & diuitium, rasura vngulæ Alcis. (voco sic animal, quod nostri. Ellend, nominant) Quidam pollicē pedis vulnerant, vel iam dicta, vel Lynchis vngula, vel alijs quibusdam rebus, & sanguine ex vulnera exsudante labia inungunt: quod à veteribus acceptum aliqui superstitionis fortasse quam vtilius retinuerunt. Ego neq; expertus talia sum, neq; vera credo: cum inaniter tentata s̄epe audierim. Isto modo morbus in præsens tollitur: at redditus eius non præcauetur. Sed nec præcaueri poterit, nisi alterum duorum præstemus, ut scilicet vel causam morbi excidentes similis substantiæ ortum impediamus, vel vt in cerebri ven- fiscat, tres non incidat procuremus. Neutrum effici à nobis aptè.

Ratio præcauendi, ne redeat morbus in quibus con-

aptè poterit, nisi & quo in loco generetur sciamus, &
per quas vias in sinus cerebri perueniat cognitum ha-
beamus. Etenim eradicatio sperari nequit, dum gene-
rationis causæ præsentes adsunt in corpore. Hanc igitur
tollere ante omnia conuenit. Si fieri hoc non possit,
quia vel locus eius ignotus sit, vel remedia ad eum ad-
mouere non liceat, vel natura eius percipi non valeat,
alterum illud tentari debebit, ut nimirum ad ventricu-
los cerebri penetrare non permittamus. FVRN. Si ne-
hoc quidem effici possit, quid tunc fiet? Sanè causa ma-
li frequentissimè sic irrepit in cerebrum, vt quamvis in
capite nata non videatur, prius tamen percipi nullo vel
sensuum vel intellectus iudicio possit, quam paroxys-
mum producere cœpit. Quo in casu vix aliud video di-
cendum, quam insanabilem esse affectum. ER. Non ne-
scio cerebrum hoc esse, vt nec quo in loco pullulet, nec
à quali causa signatur, nec per quas vias ad cerebrū con-
tendat, compertū habeamus. At ex hoc tamen non se-
quitur necessariò, morbum incurabilem esse. Difficilio-
ra quidem sunt omnia, at impossibilis ob id non est cu-
ratio: modò non adsint alia impedimenta. Evidem sa-
nau aliquos ope diuina, quos in capite non colligere
causam morbi ex multis cōiecturis colligebam, tametsi
vbi, quando, à quali causa pateretur, aut per quam re-
gionem siue partem ascenderet, nescirem. FVR. Qua-
cettus fuit? Ascensum vaporū prohibere non potuisti,
dum per quos meatus & quo tempore concenderet,
ignorares. Quocirca non methodica, sed fortuita fuit
eiusmodi sanatio. ER. Etsi locū primarium causamq;
collectionis intenire nō semper detur, ex eo tamen non
debes inferre, curationē prorsus & ex omni parte me-
thodi expertem fuisse. Non solus primariò affectus lo-
cus indicat, sed alia multa, de quibus non multò prius

*Sanantur ali-
qui, et si ubi
causa mali col-
ligatur, incer-
tum sit.*

mentionem feci. Ex illis, & ex loco per consensum affe-
cto, ipsa cerebri dispositione, huius caufa, circumstan-
tiajs alijs, indicia curationis sese obtulerunt. Evidem
non alia, quam nunc recensita, hoc est, ipsa rei natura
me docuir, causam illam mali, in quacunq; tandem of-
ficina cuderetur, vel exturbandam, vel à cerebro abdu-
cendam esse. Hæc quia in partibus capiti subiectis co-
qui videbatur, hoc dedi operam, vt frequenti purgatio-
ne vel iam genitam vacuare, priusquam caput peteret,
vel materiam, ex qua generari potuisset, subtraherem.
Non enim potest vlla vllijs partis intemperies æquè
facilè ex succo probo & laudabili, venenatum gignere
flatum, atq; ex vitioso. Evidem natura irritata à phar-
macis libentius ad intestina quicquid vitiosi intra se
habet, propellit, quam ad principes partes pertingere
finat: si modò in eis partibus orientur, ex quibus ad in-
testina protrudere valeat. Frustra plerunq; conetur ex-
tra vasa & sub cute congregatos flatus in manibus aut
pedibus, exempli gratia, iterum in vasa reuocare, & per

Cur epilepsia
causam in ca-
pite habens dif-
ficilius excin-
datur. eadem ad intestina transmittere. Quæ mihi causa po-
tissima semper visa est, quod epilepsia causam in capite
habens difficilior est curatu alijs quibusdam. FVR. Ego
in causa illud esse arbitratus sum, quod facile in ventri-
culos ex tam breui interuallo irrumpit. Si ex magis
dissita parte sursum feratur, facilius impediri, & in iti-
nere longo hebetari, imò dissolui poterit. ERA S. Non
prorsus nihil hoc etiam ad rem facit: sed plus illa valet
ratio Nam si tam esset proclive humores aut flatus in
capite genitos purgante pharmaco educere, quam fa-
cilè à natura stimulata ad vias vacuationi destinatas de-
poni possunt, quæ in earum vicinia oboriuntur, gene-
ratio eorum, materiæ, ex qua fiunt, subductione, prohi-
beri facilius & sapientius posset. FVR. Pugnat opinio tua
cum Hippocratis sententia, qui facillimam curatu pro-
nun-

Frequens pur-
gatio tollit no-
nusquam epi-
lepsiam.

nunciat à pedibus aut manibus initium capientem.
 E.R. Ideo plerunq; promptius curatur, quia imponi re-
 media possant, quibus excindatur & eradatur causa. Sic
 in capite caret res difficultate: cùm extra caluariā con-
 sistit: quod manifestū facit historia ex Fernelio recita-
 ta. Quod si purgantibus pharmacis humor aut halitus
 ille virulentus educi debuisset, quando, putas, euacua-
 tus vnquam fuisset? Ergo si origo mali in eo constiterit
 loco, ex quo sine magno labore natura noxia posset ad
 intestina amandare: & crebro pharmaco solicitetur: ple-
 runq; vapores & humores noxios prius expellet, quam
 consq; austi sint, vt cerebrum petere & concutere ha-
 biles sint. Si iam illa quoq; exhibeantur, quæ cerebrum
 corroborare, totumq; corpus emundare atq; alterare,
 viscera expurgare, cōcoctionē procurare solent, deniq;
 plent, nō semper inanis est futurus conatus noster, atq;
 non minus sāpe hīc quām in quibusvis alijs difficilibus
 morbis voti compotes siemus. F V R. Si non me fallit
 animus, hæc est dictorum sententia. Actionum offensa
 non aufertur, manente ventriculorū cerebri praua dis-
 positione. Hæc quoq; cū à sua causa tota pendeat, eaq;
 subsistat, tolli nequit, causa nō depulsa. Ergo veleuocan-
 da, & aliò transferēda est ventriculos offendēs substanci-
 a, vel dissipāda. Quib.instrumentis vtrūq; perfici pos-
 fit, satis dictū est. Sed quia curatio epilepsie nō in depul-
 sione particularis accessionis consistere putatur, sed in
 eo potius posita iudicatur, vt ne redeat paroxysmus, id
 est, ne rursus similis materia in ventres cerebri incidat,
 malūq; redintegret, præcanēdi modos duos proponis.
 Nā vel phibenda est eiusdē in corpore generatio: vel si
 id fieri nequeat, à cerebro abducēda. Impeditur ortus
 si qualitas mala partis generatis extinguatur, & ma-
 teria subtrahatur. Prohibebitur ascensus ad cerebrum,

*Cur à pēdibus
 er manib. in-
 cipiens epile-
 psia facilis
 curetur.*

*In quo poti-
 simū consistat
 curatio epilep.*

si quocunq; modo extra corpus educatur: aut saltē in vētriculos cerebri irrepere nō sinatur, sed aliò transponatur. Cæterū pars generans aliquando est nota, s̄epius nescitur. Et cùm est cognita, vel adhiberi ei localia possunt, vel non possunt. Si aptè possint admoueri, spes magna est sanitatis. Si negetur, nihilo plus ad hoc confert eius agnitiō, quām si proflus lateret. Par ratio est, opinor, viarum, per quas ascendere paroxysmi cauia effectrix solet. Si enim notæ sint, & ascensio percipiatur, facile iter intercludi poterit: si modo partibus, per quas tollitur, fascias aut aliud simile inīscere liceat. Sic enim nonnulli, quibus ex brachijs aut pedibus tollebantur, caput defenderunt. Quidam, cùm per ventriculum condescendere, animaduertisset, corporis vehementi inflexione impediuit, quò minus ad caput permearet. Hic certè indicationem faciendorum à noxiæ substantiæ motu sumperunt. Minus spei est, quoties ascensus eius ad cerebrum est insensibilis. Tunc enim maiore prudenter & solitudine opus est. Velim igitur nunc, vt quæ summatim exposuisti, sigillatim declares: hoc est, vt quemadmodum rationem depellendi paroxysmum indicauisti, sic, quibus particulatim remedijs præseruari ab eodem possit æger, cōmonstres. ER. Ante omnia præscribenda est cōgruens victus ratio: imperandumq; vt à crapula & satietate caueat: ab ijs cibis, quos odit & fastidit, vel alias nauseam pariunt, abstineat: flatulenta & caput impletia sedulò fugiat: odores foetidos & ingratos deuitet: deniq; in illis rebus quas Medici vocant, non naturales, minimum peccet. In primis verò noce-re solent, cæpç, allia, sinapi, raphani, vina generosa, & similia: ventris constipations: subitum frigus: & quæcunque corpus, maximè autem caput, celeriter perturbare possunt. Summo etiam studio procurare oportet, vt concoctio ventriculi & hepatis rectè fiat. Particula-

*victus ratio
epilepticorū*

culariorem horum descriptionem ex libris medicorum requires. Victus ratione definita, corpus est purgandum, ut paulo supra dixi, non semel tantum, sed saepius: vt vitiosi humores, quoad licet, educantur. Interim exhibenda sunt, quae cerebrum confirmat & roborant, concoctionem adiuuant, humores prauos consumunt, sudores vrinasq; prouocant. Si pars generans nota sit, & pharmaca imponi cōmodē possint, affectionis contraria sunt imponenda. Hac quia vt plurimum ignota est, vel candente ferro, vel medicaminibus causticis vi- tium eius est corrigendum. Quippe vis & efficacitas horum pharmacorū ea est, vt non solum frigidas qualitates mutent, verum etiam venenatas & malignas, calidas pariter & frigidas emendent. Hoc modo sanatus est, qui apud Fernel. scribitur ex humore venenato sub pectorale contento laborauisse. Eadem ratione persancti caput petere solita fuit. Ego alijs non sum vsus, quam cantharidibus cum aceto & fermento mistis. Alij fortioribus vsi sunt optimo cum successu. Causticis semper aliquid Theriacæ bona miscendum censeo: vt quam profuisse non semel tantum compererimus. Vbi autem, quae pars somitem & scaturiginem huius mali in se habeat, ignoramus, assidua purgatione nascentem in ea fructum exitiosum, priusquam adolescat, subinde tollere studebimus: & totius corporis mutatione illam quoq; corrigeremus. Si non sufficere purgatio- nes suspicabimur, etiam per medicamenta calida ex alto ad circumferētiā humores trahentia, vel per cauteria euocare tentabimus. Fient haec vel in pedibus, vel in brachijs, vel in ceruice, prout mali causam in una magis quam in alijs partibus prouenire ac nasci coniūcietur. Vidi sane in ceruice cauteria inusta plurimū contulisse illis, quibus causa morbi in capitib; partibus ex-

Corpora epi-
lept. saepē pur-
ganda.

Vis causticorū

Causticis mi-
scēda theriaca

Cauteria.

ternis paulatim generabatur , vel sensim aliunde ascendens ibidem colligebatur. Quibus hoc in scapulis, humeris, lateribus accidit, brachiorum cauteria magis prosunt: quemadmodū pedibus sub genibus impressa illos præcipue iuuāt, quib. in ventre, ilijs, inguinibus, fœmoribus, mali causa delitescit. Tenere autem aperta oportet, dum certa cōiectura intelligatur, tale nihil porrō in corpore pullulare. Interea nihilominus (cuius te semper volo meminisse, etiamsi ego nō semper repetiuero) exhibere oportet, quæ cerebrū confirmare, & venenatae cause resistere posse putantur. FVR. Num putas diuturno vsu talium affectionē partis, à qua malignus ille vapor gignitur, tandem extirpari? ER. Omnino. quia cūm à putridis & corruptis humōrib. corporis intimatum vasis exquisitè expurgantur, & partes extime partiter cū intimes remedij sudorem vndiquaq; prolicientibus vacuantur, atq; pharmacis venenatis qualitatibus resistere potentib. continuè alterantur, & veluti arman- tur ac cōminuuntur, necessarium est, inimicā in corpore vim absconditā sensim languescere, debilitari, extingui. FVR. Quibus vti soles purgantib. in hoc morbo depellendo? ER. Quę mea sit de purgantib. pharmacis eorumq; potestate sententia, alio loco antè multos annos exposui. Quod præsens institutum attinet, non eisdem semper vtor, sed modò his, modò alijs, prout cir-

Initio fortibus medicamentis aliquando utendum. cumstantiæ evidentur hæc vel illa postulare. Et de principio quidem, corpore prius præparato, meatibusque reseratis (quod cibis potius quam syrups efficere studeo) fortiter mouentia nonnunquam offero. Postmodum solis blandè purgantibus contentus sum: raro fortiora interpono. Et alijs quidem alternis, alijs ternis, alijs quaternis, aliquoties singulis diebus sumere iubeo tantum, quantum ad mouendum aluum bis, terūe (ad summum quater) sufficit. FVR. Quam diu sic perges?

ER.

ER. Vnum, duos, tres, interdum quatuor, aliquando plures menses. Nam in alijs pertinacius hæret malum altiusq; radices egit, in alijs libentius cedit. Corporum quoq; alia puriora sunt alijs: quædam ita scatent ac redundant humoribus prauis, ut repurgationis vix spes aliqua relicta videatur. FVR. Cur non efficaciorib. ne-gotium breuiore tempore absoluis? Evidem vetusti medici hunc potius morem probauisse videntur, dum Elleboros suos bis aut ter cum periculo propinare maluerunt, quām diuturnis purgationibus ægros subinde fatigare, imò colliquefacere. ER. Quoniam vehementia & valde inimica pharmaca multam vim deleteriam obtinuerunt, viresq; corporis grauiter affligūt & labefaciunt, imò deſciunt & dissoluunt, priusquam corpora emundauerint. Veteres, puto, si reuiuiscerent, non sententiam velut tutiorem libenter suæ antepor-
 ñeret: cùm præsertim felicius cadere videatur, quod facimus nos, quā quod ipsi præscriperunt. Satis docemur exemplis Paracelsicorum, quid & quantū prosint violentia illa pharmaca. Excusabiles illi erant, qui non tam multa ex benignioribus, quib. nunc abundamus, cognita habebant. Hos carnifices quomodo excuses, non inuenies, cū eos tuta fugere, & exitiosa anxiè quærere cogitabis. Veteres profectò multis nobis compositiones sallium purgatoriōrum, vinorum, potionū aliarum reliquerunt: quas in frequenti vīsu ægrorū esse voluerunt. Actuarius Hieram libro 5. cap. 9. mirificè commendat, & planè summa promittit ter singulis mensibus de eadum toties offerre, nunquam certè dubitauit, num benigniora tutius exhibeantur. Ego ne Armenium quidem lapidem, quo solo plurimos ab alijs medicis prodesperatis habitos se percurauisse gloriatur Trallianus, temerè exhibendum quibusuis censeo.

Quot mensib.
continuanda
purgatio.

*Cur non ſepe
fortibus pur-
gandum.*

*Discrimen ue-
terum & Pa-
racelsicorū in
purgando.*

FVR. Sed & mitiorum vsu tam longa frangi & debili-
tari vires tum ventriculi tum vicinarū partium opor-
tet. ERA. Non habet, vt dicas. Etenim studiosè obser-
Leuiter pur-
gantia, nō de-
bilitat uentri-
culum. uaui, & diligenter ægros interrogauit, num deterius vel
appeterent postea, vel conficerent alimenta: ac tantum
abest, vt conquestus sit eorum aliquis, vt quidam con-
stanter mihi affirmauerint, se post eorum vsum multò
tum appetere tum concoquere felicius ingestos cibos:
Tribui ego causam, non medicamenti proprietati, sed
corporis puritati. Quanquam ex eo fieri potuit, qd die-
bus illis, quibus non sumebant vacuantia, roborantio
& concoctionē augentia deuorarent. Sed in principia
cū vsurpare incipiunt per dies aliquot omnes admo-
dum deiectam habent appetentiam. Cessat hoc acci-
dens statim ac natura paulum assuefacta est. Nec in epi-
lepticorum duntaxat curationib: toties iterò purgan-
tia, verum etiam in aliorum diuturnorum morborum
euulsione: illorum maximè, qui recurrere solent, cū
corpus aliquod inuaserunt. FVR. Quando definis pur-
Quando cor-
pus satis pu-
rum sit. gare? ERA. Hoc ex illis vnum est, quod nec dici nec scri-
bi exactè potest. Vix enim vnum est constans & perpe-
tuum in omnibus signum. Cū vrinæ & cætera excre-
menta laudabiliora apparēt: cū corpus videtur aqua-
lius habere: cū caput est leuius factum: cū sensus ac-
cutiores & vegetos magis factos dicunt ægri: cū ac-
cessio consueto tempore non redit. Sed multò rectius
ex proprijs quibusdam in quo quis ægro peculiariter ap-
parentibus artificiosè coniectabis. Exempli gratia, si
quis tristis & melancholicus fuerit, turbulenta somnia
viderit, atq; liberatum se vel ex toto vel magna ex par-
te dicat. Tunc rarius vsurpare iubeo, vt singulis octo
aut decem diebus, vel ter in mense, idq; per totum an-
num. Post hoc tempus, semel in mense aliquid sumere,
aut adhuc rarius, satis erit. FVR. In mentem reuocasti,
quod

quod apud Dioscoridem legi, Bryoniæ radicem, si per annum quotidie drachmæ pondere bibatur, Comitiales sanare. Hanc verò purgare, cū experientia Mesueus docet. Atque ob eam causam, puto, vulgus eam hīc vocat Radicem aluum deſcientem. E R. Etiam alijs continuare purgantium vsum præceperunt. Nec quidquam certius est, quām in plurimis epileptijs fruſtra omnia fieri, si purgationes nō cōtinuentur. Longè plures sanati omnibus ætatibus fuissent, si purgantia minus timuerent. Eligenda autem sunt, vt diximus, quæ minimū turbant, ac ventriculo non sint infesta. Quam ob causam radice Bryoniæ periculum facere non sum ausus (Mesueus enim ventri inimicam facit) cū benigniora suppetant, nobis vſu explorata. F V R. Nihil superesse in hac parte video, quām vt formulas aliquot nobis recites. E R. Cūm ægrum habeo facilem & paratum ad de- Formula pur-
ficienda oblata pharmaca, illis vtor, quibus omnes a- gantium.
hjvti solēt: catapotijs, pulueribus, hieris, electarijs, confectionibus, apozematis, potionibus alijs: prout quisq; erga hæc vel illa affectus est. Sic & dulcia, acida, amara, misceri iubeo, prout hoc quā illo sapore magis gaudet infirmus. Diligenter interim caueo, ne quid misceam, cuius vel odore vel sapore offendì plus alijs solitus est: quod sciscitari ex laborāte statim ab initio soleo. Quod si æger sine nauſea capere talia non possit, vel saccharo incrustata, vel eodem saccharo confecta, vel in potu instar vini, quod Claretum nostri nominant, præparato, vel in vino cum absinthio concinnato exhibeo: si modò ægro vinum concedi potuit. Non enim temerè contedendum est propter causam supra dictam, & palam omnibus notam. F V R. Quem vini in locum substituis potum? E R. Aquam decoctam cum Cinamomo, radice & semine Pæoniæ atque Saccharo. Si acida malit æger, vel succo limonum, vel Berberum acorem conci-

Purgantia que
sint eligenda.

Vinum nō te-
merè dandum
epilepticis.

Potus epilepticorum.

liari iubeo. Quidam me assentiente in doliolo sibi parārunt potum perquām elegantē & suauem hoc modo. Passulas, Cinamomum, radicem & semen Paeoniae (incis radicib. & contusis paulum seminib.) miscuerunt, in vasculum cū segmentis corylorum alternatim (stratum strato imponentes, sicut hīc vina defæcare & purgare, quæ recentia bibere cupiunt, & factitia ex herbis & reb. alijs parare solent) indiderunt, demum aquam cum faccharo coctam superinfuderunt. Eo cum voluptate sunt vni. Qui melle delectantur, ex aqua & melle coctis, vt huius ac illius proportio sit, q̄ vnius est ad duodecim. Cinamomum, Macis, Paeoniae radicem, viscum querinum incoquere possunt. Vbi nihil impedire video, libentius decoctū ligni Guaiacini præscribo: vt eo in pastu vini loco vtantur. Mando vt lib. j. scobis limati (ponderat lib. nostra 16.3.) in quatuor aquæ mensuris nostratis decoquatur propè ad medietatis absuntionem. FVR. De hac re satis. Facilè vnuquisq; ex circūstantijs de potu statuet. Sunt enim quibus vinū absq; periculo negare non possis. Quomodo claretū paras? ER. Non eodem modo semper. Ad tres potiones, exempli gratia, accipio rad. Paeoniae & sem. eiusdem decortic. sing. 3. i. s. Cinamomi, Macis, Galangæ, Zingib. Gariophyll. sing. 3. i. foliorum Senæ 3. j. Turpeti 3. vij. (vel Rhabarb. 3. iii. vel Agarici 3. v.) Sacchari 3. iiij. Vini 3. xij. Aquæ 3. viij. Macerata per noctem vnam aut horas vigintiquatuor per filtrū s̄epius percolari impero, vt clarius fiat. FVR. Exemplo isto contentus sum. Præclarè namque scio, tam non conuenire omnibus vnum remedium, quām non potest vnuus omnium pedibus induci calceus. Quocirca addendum & detrahendum talibus scio, quantum addere vel demere circumstantiæ imperant. Ideò & cum vino, & sine eo parari debere intelligo. At vinum quomodo parari iubes? ER. Ut detergeam ventriculum & in-

Decoctum

Guaiaaci.

Claretum purgans pro epilepticis.

& intestina, reseram meatus, farctu liberem venas ad
hepar lienemque tendentes. Absinthium & Carduum
benedictum appellatum accipio, (nonnunquam his ad-
do centaurium minus) his coniungo vel Verbenam
& Betonicam, vel Agrimoniam & Eupatorium Mefuei,
vel Chamæpytin & Chamædryn, item Asplenum, Ta-
mariscum, radices Capparum, &c. prout vel caput, vel
lienem, vel iecur affectum reperio. Singul. manip. iam
dictarum herbarum accipio : eisq; aromatum, vt Cina-
momi, Macis, Galangæ, Zingib. sing. drach. j. vel ij. per-
misceo. Addo nonnunquam florum Pæoniæ, vel radicum
& seminum decorticatorum, itemque seminum citri
quantum videtur. Quinq; aut sex herbarum manip. &
aromaticis admiscere soleo, foliorū Senæ sesquiunciam,
vel duas vncias, Turpeti contusi, & Agarici incisi, sing.
semiunciam aut amplius. Qui ferre Rhabarb. possunt,
Turpeti vel Agarici loco id misceo : vel eorum ponde-
re imminuto, addo. Quod si in pectore vitij aliquid ap-
pareat, aut lubricare magis intestina animus sit, etiam
passulas & caricas superioribus adjicio. Hisce vini vete-
ris superinfundi iubeo mensuras tres, & vase diligentis-
simè clauso seruare horis vigintiquatuor, postmodum
vel quotidie, vel alternis diebus haustum seu poculum
de eo bibere initio pastus. Quod hac ratione paratur
vinum, nostris hominibus est gratissimum, quos absin-
thiæ vino alijs delectari nosti. Tegit præterea reliquo-
rum medicamentorum odorem & saporem absinthiæ
amaritas, vt nisi eis indicetur, pharmacum se infirmi bi-
& difficileter medicamenta sumunt, ijs vel cum cibis
misceo, quoties possum, vel in confectionib. abscondo.
Interdū purgantia in aqua decoquo aut macero prout
natura medicamenti poscit: & in hanc aquam percolatæ vel
pruna dulcia vel passulas iniicio, vt humorē cōbibant.

Vinum purga-
torium.

Absinthiū te-
git ingratos
pharmacorū
sapores.

Quo factō,in vmbra exsiccari permitto , saccharo iterum conspergo,& edendas propono. Multi hoc modo citra nauseam pulchrē sunt purgati. Potest,qui vult, variōs modos excogitare alios,quibus nauseabundos faliat : nobis hoc recensuisse in præsentia sufficiat. Mirē mihi placent aliquot modi ex illis, quos D. Ant. Mizaldus in libello de Medicatis frugibus refert . FVR. Ego verò plurimum veritus sum , ne si cum cibis miscerem medicatas res,etiam bonos corrumperem cibos: atque ob id nihil tale ausus fui facere. E R. Quoties pharma-ca,quæ non habent vim admodum deleteriam seu hostilem,vel eam cum multo vtili succo permistam possident,cum cibis obtuleris, aut etiam sine cibo dederis, frustra offendam metuis. Etenim vires suas in ventriculo exerere propter aliarū rerum admisionem non possunt. Vbi autem in ventre purgantes particulae secretæ sunt , soluta videlicet per coctionem priore mīstione, aut elementatione,vt sic vocem , a&tū iam esse atque agere primū incipiunt: quando scilicet humor vtilis attractus est,& purgatrices tanquam inutiles & inconuenientes solæ propemodum relictæ sunt. Tunc, quia non, vt antea, impediuntur, pro natura viribusq; suis agunt,venasq; mordicando & stimulando virtutem partium expultricem ad depulsionem noxiorum facilius excitant. Et dum noxia ejicit natura, non simul vtilia, dum valet,exire permittit: quod in diarrhoeis,catarrhis, crisi bus,vomitibus,alijs euentibus,evidētissimum est. Quod si vel eodem tempore, dum cibi in ventre dissoluuntur & coquuntur, agerent (quod maligna & inimica prorsus nobis faciūt) vel secretrice potestate,qua bonum à malo separatur,partes carerent,aliquid certè foret, quod obijciebas. Iccircò tot habes apud veteres Græcos purgatoriorū salium, potionū,embammatum, formulas: quæ omnia cum cibis proponebantur deuanda.

Vtrū purgantia cū cibis misceri possint aut debeant.

randa. Sic Galenus quoq; in senibus aluum irritare docuit. Idem quoq;, quod longè poterat videri admirabilis, non dubitauit semen Cnici, Vrticæ, Polypodiū, &c. cibis permista offerre phlegmone partium circa ventrem sitarum laborantibus. An hunc tu dubitas oblatum eodem modo fuisse nostra pharmaca, si ea novissent: nihil in illis partibus mali habentibus? Sed non opus est ratione pugnare, vbi euidēs experientia litem dirimere potest. F V R. An non præstat tamen ante cibum manè talia offerre? E R. Ego sanè quotiescumque egrum habeo facilem & obsequētem, hoc potius tempore offero, quām cùm alimenta sumenda sunt. Videntur in tota re ista semper est, quid ætas, temperamentum, vires, consuetudo, & individuæ laborantium proprietates ferant. FVR. Subtrahi alia nulla ratione vitiis vaporis materia potest, quām crebrò repetitis purgationibus? E R. Ad idem mirificè prodest ligni Guaiaci Vacuatio per sudorem quib. ni potus, si non in mensa tantum vini loco frigidus batur, sicut iam dictum fuit, verum etiam mane ad promolienda in epilepticis.

uocandum sudorem calidus sumatur. Sudare autem debet æger hora dimidia, integra, sesquihora, duabus, prout ferre poterit. Nunquā enim obliuisci eius, quod nuper quoque monebam, oportet, pro diuersitate vi-
tium, ætatis, temperiei, cōsuetudinis, loci, & reliquarum circumstantiarum, omnia sic esse temperanda, vt quod principales indicationes faciendum suadent, tutò fiat. Plurimum certè hoc decoctum mense uno, vel duobus vel plurib. (edere interim æger debet, quemadmodum altas solet, intra tamen satietatem) modo iam dicto surpatum, omnibus epilepsia speciebus confert: maxime verò tunc commodat, cùm nō in vasis aut profundo corporis, sed in habitu eius alicubi colligitur morbi causa. Si quis fortè hoc fastidiret, vel salsa Pariliæ, vel radic. Chinæ substitui posset. Commendant aliqui ra-

tione, vt ego quidem iudico, optima decoctum visci
quercini: quo propterea non sum vsus, quia tanta eius
copia non suppetebat. Audiui à D. Ortolpho Marolt,
illustriß. Principum Hennenbergensium Medico dili-
gentissimo & doctissimo decoctum radicis Pentaphyl-
Decoctum ra-
dicis Penta-
phylli. li sic præparatum & usurpatum, quomodo Indici ligni
decoctum solet, utiliter in hoc morbo usurpari. Feci pe-
riculum in morbis alijs, & sudores mouere comperi.
Vtrum autem hac ratione solùm, an quia simul vene-
nis resistit, prosit, nondum afferere ausim: et si vtraque
facultate conducere suspicer. Quanquam alio quoque
modo conferre possit virtute adstringendi & exsiccandi.
Dioscorides certè folia huius herbae tricens diebus
comesta Comitiales sanare scripsit, quacunq; potentia
id facere putentur. Dicere ob id hoc volui, vt experiri

Vene sectio oportunitate oblata possit. Huc referri fortasse potest
quando utilis. venæ sectio, quæ in sanguine abundantibus & carnosis
atq; calidis minimè negligenda est. Secunda est autem
vena vel poplitum vel malleolorum: partim vt in mu-
lieribus menses vel prouocentur, si forte suppressi fue-
rint, vel copiosius fluant, partim vt in his simul & viris
materia minuatur, & à capite ad partes remotissimas
abducatur. F V R. Cupio nunc illud audire, quibus &
in situ viscerum calorem fouere, & exitiosam ac ve-
nenatam qualitatem delere solitus sis. E R A. Pulueri-
bus, elestantijs, conditis, aquis. Manè singulis diebus, qui-
bus non sumūt purgantia (si prandij tempore primūm
cum cibo accipient, nihil vetat quotidie hæc usurpare)
Condita. aliquid prædictorum sumi debet horis tribus aut plu-
ribus ante pastum. Ex conditis maximè cōuenient nu-
ces myristicæ illæ integræ ac magnæ, quæ exteriore car-
ne adhuc tectæ recentes in India condiuntur. Utiles
quoq; sunt Myrobalani Chebuli: citri cortex exterior
sine multa eius carne: radices Pæoniae & siluestris pasti-
naca:

nacæ, instar radicum Cichorij conditæ. Qui pulueres
malūt sumere, illis Tragea paratur ex aromatis. Exem-
plum hoc esto. R. Radic. & sem. Pæoniæ decortic. ana
drach. j. Spec. aromat. rosati gariophyllati, cinamomi
præstantiss. galangæ, macis, xyloaloes, ana 3. v. nucis
myrist. schoenanthi, ana scrup. j. sem. citri scrup. ij. cube-
barū, granorum paradysi, ana scrup. v. cornu cerui vsti,
coral. vñtorum, ana scrup. ij. cum 3. vj. saccchari miscean-
tur. Ex eisdem, additis nonnullis de supradictis condi-
tis, cum conserua florum Betonicæ & Pæoniæ, parari e-
lect. possunt. Misceri debent iure nuc. myrist. conditarū:
vel si acidis delectetur ægrotans, sirupo ex succo citri
aut limonum confecto. Hæc iuuant concoctionē, con-
firmantque calorem insitum ventriculi & iecinoris, &
quod optandum in primis est, benefaciunt cerebro. Re-
sistunt eadem venenositati, quæ vt plurimūm causa est
inanis in hoc morbo mali. Sed multò magis hoc nobis Aquæ.
præstant aquæ duæ: quarum descriptiones hīc tibi reci-
tabo, quia multorum vsu cōprobatae efficacesq; com-
pertæ sunt. Alteram ego honestissimæ cuidam matro-
næ, quæ & antea laborauerat, & quo die ad eam voca-
tus fui tres paroxysmos perpessa fuerat) ante multis
annos composui. Vsi ea postmodum sunt plurimi, non
sine evidenti fructu. Alteram in vsu habuit D. Iohan-
nes Langius illustriss. Palat. Principum medicus claris-
simus & experientissimus. Vsus earum est, vt in paroxys-
mo diducto ore cochlear plenum infundatur: fauces &
tempora atque nares ea confrentur. Deinde vt, quo
tempore insultus timetur, siue dum post brevia inter-
ualla accessiones repetunt, vesperi & manè tantundem
ægroti offeratur, vñà cum duobus trochiscis: quorum
mentio postea fiet. Si mandere infirmus nequeat, in a-
qua dissoluti exhibentur. Postremò vt tempore præser-
uationis singulis septimanis, cùm luna vel quadrata, vel

Puluis.

Electaria.

Aqua.

Vsus aquarum
epilepticarū.

plena, vel noua efficitur, cochlear vnum sumatur cum duobus trochiscis, manè & vesperi: & morbo remitten- te manè tantum: deinceps metu penè sublatu bis in mense, plenilunij & nouilunij temporib. accepisse sufficit. F V R. Recita descriptiones aquarum & trochis-
*Aqua Prima
descriptio.* rum. E R A S. Aquæ nostræ descriptio hæc est. R. Flo- rum Lilij conuallij lib. j. s. florum Paxoniæ, Lauendulae, Betonicæ, ana lib. j. florum Tiliæ, Verbasci odorati, ana vnc. iiij. radicis Pæoniæ, seminis eiusdem, ana vnc. ij.s. radicis Aristoloch. longæ vnc.j.s. Visci querincini 3. xiiij. Visci corylorum 3. iiij. Cubebatum 3.j. Piperis nigri, Ca- storei Pontici, ana 3.s. Incidantur incidēda, misceantur, infundantur in vini vel Maluatici, vel Rhenensis gene- xoxissimi mensuris nostratibus duab. per tres septima- nas, maneantq; in loco calido, vel Soli exposito, & quo- tidie agitentur: demùm in balneo maris destillentur. Quoniam autem herbæ & flores omnes uno tempore non colliguntur, infundenda sunt in vinum, quæ primò apparent, ac post tres septimanæ exprimenda & destil- landæ: quod effluxerit, cum espresso prius vino miscen- dum: donec omnes haberi queant. Possunt etiam siccata:

Trochisorum accipi omnes, modò in umbra sint siccata: præter flo-
epilepticorum res lilij conuallij. Trochisorum descriptio sic habet.
descriptio. Recip. Cinam. interioris & optimi 3.j. radicum Pæoniæ, semin. eiusdem ana scrupl. ij. Zingiberis, Cubebatum, Gariophyllorum, Macis, ana scrupl. j. Specierum cordia- lium, Spec. arom. Gariophyll. ana scrupl. s. Spec. Diam- bræ, diamusci, ana gran. v. Nucis musc. conditæ 3.j. sem. citri excortic. scrupl. ij. Sacchari albissimi vnc. viij. in a- qua suprà scripta dissoluti. Ex his fiant iuxta artem tro- chisci instar eorum, qui vocantur Manus Christi. Pro- ditionib. inaurari, & oleo stillatitio vel anisorum, vel ma- nip.

Aqua D. Lægij cis, vel alio simili aspergi possunt, cū funduntur suprala- pidē. Altera D. Langij sic paratur. R. flor. Lilij conuallij.

manip. viij. Superinfundatur mensura j. vini Cretici aut Muscatelli, aut aliàs generosi, inq; eo per dies quinque stent infusi, mox in balneo maris destillentur in vase vi- treo. Deinde accipe Cinamomi electissimi drac. vj. Nu- cis myristicæ 3. iiiij. Piperis longi 3. ij. Florum Lauendu- læ 3. j. florum Rorismarini, Stoechadis ana 3. s. Cubeba- rum 3. ij. Visci quercini, radie. Pæoniæ, radic. diptamni nostratis, ana 3. s. Omnia crassiusculè contrita rursus in superiori vino per dies octo macerentur in loco apri- co: & postmodum destillentur, sicut dictum fuit antea. Trochischorum hæc est forma. Rec. Semin. Pæoniæ ex- cortic. 3. s. Margarit. præpar. 3. s. Macis scrup. j. foliorum aurinum. vj. In puluerem redacta misceantur, & cum 3. j. facchari albissimi in 3. v. aquæ iam dictæ soluti & decocti ad perfect. fiant trochisci. Doct. Iohannes Lan- gius tanto studio abscondit hanc compositionem, vt i- gno viuo nemini sciam communicatam. Si habere po- tuisse, nunquam de alia concinnanda in mentem mihi puto venisset. Mortuo eo, cùm descriptionem nactus admiratus sum, tam propè me ad ipsius com- positionem, de qua ne suspicari quidem mihi tunc licebat, accessisse. FVRN. Vtram putas utilius adhiberi? ER. Id meum non est pronunciare. Periculum vtriusq; facito, & quod queris inuenies: si modò attendere voles. In mea est, quod displicet, sapor odorq; propter ca- storium ingratior: in altera suauior est tū odor tum sa- por. De viribus iudicium ex cōtentis & euentu facien- dum est. FVR. Similes aquas multas legi, celebrari que audiri. ER. Neq; multum ambigo, quin pleriq; sint aut *Nota.* quæ bonæ, aut efficaciores etiam hisce nostris. Sed quia harum, nō illarum, experientiam aliquam habeo, his potius, quamillis, vti soleo. Ausim tibi affirmare, nullum componi facilè medicamentum posse, quo non sint meliora prius composita. FVR. Cur ergo non qui-

Trochisci D.
Langij.

Differentiam medicorum factum occasione & tendit remedij. busuis pari successu utimur? E.R. Quia non suo tempore ac modo utimur. Differentia optimorum ac medicorum vix alia est in curationibus maior & certior, quam quod alijs rectius praesentia distinguunt, circumstantias diligentius obseruant, ac quid quo quis loco & tempore in quolibet ægrotante magis expediat, accuratius aestimant. Hinc est, quod sapissime vidisti prudentes & circumspectos medicos morbos leuissimis remedij percurauisse, quos alijs potentissimi pharmacis frustra pellere tentauerant. Sic Idiotas interdum aquæ frigidæ haustu, quem fortè fortuna patienti ægro dederunt, profuisse audis, quæ operoso apparatu pharmacorū sine fructu imprudentiores medici fatigarunt. Causa alia non est, q[uod] eo tempore vel arte vel casu talia propinarunt, cù prodeste poterant: cùm alijs tempore non conuenienti aut hæc ipsa, aut meliora frusta obtulissent. Nullum enim remedium quantumvis nobile & generosum, in eodem morbo idem semper agit, nisi tempore apto & debito offeratur. Meminisse Ouidij versuum perpetuo oportet.

Temporibus medicina valet: data tempore profund.

Et data non apto tempore vina nocent.

Ex quib. occa- F V R. Quo pacto dignoscam tempus aptum sive occa-
sio coiectanda sionem recte & cum fructu bonis probatisq[ue]; remedij
sit. vtendi? E.R. Hoc quoq[ue]; ex illis est, quæ nec scribi nec di-
ci possunt. Vniuersè monere possumus ex morbi natu-
ra, magnitudine, paroxysmorum frequentia, accidenti-
bus alijs, corporis puritate vel impuritate, tēperamen-
to ægri, moribus, consuetudine, victus ratione, indiui-
duis proprietatib. & circumstantijs alijs coniectandum
esse. Quæ quia in ægrotis omnib. infinitè variat, & nun-
quam in duobus eadem apparent, particulatim exponi
non possunt. Prudentiae hoc est medici, vt quæ in singu-
lis cōcurrunt, accurate obseruet, prudenter distinguat,
vire

vires omniū inter se conferat & expendat, atq; sic quid
in quo quis expedire quolibet tempore possit, cōsideret.
Hoc illud esse dixi, quo medicus à medico p̄cipuè dif-
fert. Inter illos enim, qui mediocriter negotium intelli-
gunt, is curabit maiore cum successu, qui circūstantias
nullas omittit, omnes examinat, inter se cōparat, & quid
p̄pondaret, quid profit, quid obſit, in actione qualibet
acutè conspicatur. Potes ex his paucis perspicere quan-
ta sit illorum hominum inficitia, qui curationem qua-
dam generalem somniant, ab omnibus circumstantijs
abſolutam. Si morbus aliquis feorſum ac separatē ita
lubiferet, quomodo Plato Ideas finxit (genera enim &
species extra indiuidua nihil esse aliud, quām vñus alia,
ſatis in superioribus ostendit fuit) deleri fortasse eo
modo posset. Iam cūm in ſolis indiuiduis orientur
morbis omnes, & curare cogamur, non hominem abſo-
lutē, ſed Petrum vel Paulum, nunquam eodem ſucceſ-
ſetur, niſi omnes circumstantias in am-
bo bus inueniamus ſimiliter habentes. Hoc quis nō vi-
det fieri non posſe? Alter enim forte imbecillis eſt, vel
naueſeat, vel non admittit pharmaca, vel non fert aquæ
potum, vel habet alium morbum coniunctum, vel a-
liud quippiam patitur ab altero diuersum: propter que
curationem mutare cogimur. Quid igitur miri con-
tingit, ſi remedium quantumuis præſtans & genero-
sum non ſemper morbum proſligat, imò interdum e-
tiam officit? Tanta eſt enim indiuiduorum, ſive ægro-
tantium diuersitas, ut tā oculatus ſit nullus, qui omnes
in omnibus circumstantijs ſatis obſeruare valeat. Hinc
eſt, quod nullum adeò nobile reperitur pharmacum,
quod vel leuissimum & ſaluberrimum morbum per-
petuò debellat. Quare moriuntur permulti ex morbis,
qui ſi corum naturam ſpectes (vel in alio ægro inhærere
cogites) omnino curabiles & tuti existimari poterant.

Qui medici o-
ptime curenta.

Morbus uni-
versalis nullus
datur.

Moritur autem hic, vel quia circumstantię & qualitätes ægri omnem remediorum operationem respuant, impediunt, contemnunt, vel quia medicus non satis exploratè occasionem ea offerendi scrutatus est. Quam obrem nolim putes, plus in nostris, quæ recitauimus, quam in alijs, quæ apud practicos (vt vocant) reperiuntur, virium inesse: sed te iubeo, quæ maximè videbis instituto tuo seruire posse, ab omnibus sumere: ne catalogum remediorum à me fortè expectes. Exempli solùm gratia aliqua produxi ex illis, quibus frequentius ipse vti soleo. FVR. Quid si omnibus hisce nihil proficias?

Quid in morbo pertinaci agendum. ER. Ut maximè aliquandiu parum prodesse videaris, tandem tamen, si modò pertinaciter instes, naturæ viribus cedet morbus: nisi vel hic tam altè radices egerit, vt velut naturalis quidam affectus membris iam inhaerent, vel illa eousq; debilitata & fracta sit, vt uincere ne adiuta quidem porrò tentet. Fortasse sanationem aliquando impedit affectus locus, quando ad eum medicamenta vel nunquam penetrant, vel post amissas vires tardè admodùm eò perueniunt. Quicquid in causa sit, hoc saltem commodi ex diuturno remediorū vsu consequetur infirmus, vt si non ex toto depelli morbus potuerit, plurimū tamen fractus uidetur: hoc est, ut patroxysmos rariores, leuiiores, breuioresque deinceps patiat. Aegrotantem nunc etiam habeo, qui ex semestri curatione lucratus hoc est, ut pro crebris accessionibus (quæ cum spuma, grauiq; membrorum distortione & concussione inuadere astantesq; terrere solebant) sine omni casu leui delirio duntaxat corripiatur, cū vix sensibili buccarū conuulsione adeò celeriter transeat, ut assidentes, quibus res nota non est, non animaduertant. In affectibus curatu difficultibus, in quibus remedijs iuxta indicationem rationi consentaneè utimur, pergere nos oportet, etiamsi parum initiò præstare uideamus, id

id quod Hippocrates 2. Aphor. 52. monuit, teste Galeno. Etenim adeo vehementer infixus est s^epe affectus, aut sic infarctus est vitiosus in aliquo loco succus, vt breui tempore auferri nequeant. Ergo recensita sunt medicamenta, quibus partim per se eradicari mala temperies, partim per accidens deleri possit. Nam quae corporis excrementa educunt: humores vitiosos aut corrupti obnoxios vacuant: corpus totū purificant: con-

Que per acci-
dens curent e-
pilepticos.

genitum calorem corroborat: materiam, ex qua inimicorum cerebro fumus generatur, subtrahunt: naturam ad oppugnandum morbi causam excitant, inuitant, praeparant: infestam qualitatem membris quibuscunq; imprefiam, tandem, licet per accidens eradere videntur. Eadem ne vapor noxius tam crebrò tamq; facile intercedit, dum generatio eius impediri necdū potuit, ad cerebrum aut eius ventriculos vsq; penetret, prohibent. FVR. Si prohibere ascensum eius ad caput nequeant, quomodo à ventriculis arcebunt? E R. Accidit s^epe, vt plus possit morbus quam natura, licet remedijs armata sit generosissimus. Quò fit, vt aliquando à capite, si praesertim in eo fomes & scaturigo mali cōstiterit, praedictis remedijs abstrahi non possit, quae in ventriculos irrepercō solebat substantia. Tunc alijs insuper utendum erit, iternutatorijs, apophlegmatismis, gargarismis, erithrinis, sinapismis: quorum exempla apud Galen. in 2. de Composit. medic. loc. & alios omnes veteres ac recentes plurima inuenies. Si hæc quoq; satis non esse vide- rūt, per apertam hanc regionē natura pernitiosum humorem vacuet. Plurimi sanè semper contulerunt, quoties vel in capite paulatim colligeretur paroxysmi causa, vel alibi collecta, quin ad caput ascenderet, pro- suberi non posset: non raro perfectam sanitatem attru-

Cauteria.

erunt. Infantibus in Italia vidi tum depellendi tum

præcauendi causa cutem ceruicis inuri: nec sine euidenti auxilio plerunq; fieri multi mihi confirmarunt. FVR. De vomitu quid sentias, audire cupio: quem veteres præcepisse non ignoras. Cur quæram illud me mouet, quod suprà nauseam omnem studiosè cauendam asseruisti. Deinde nondum intellexi, num solam qualitatem de inferiorib. partibus nonnunquam tolli ad caput cum nonnullis credas. Postremò scire aueo, an naturalibus seu physicis vocatis remedijs, quæ propter latentem & ignotā nobis vim appensa & gestata aduersari epilepsia creduntur, fidem habendam censeas. Video enim cùm in alijs morbis, tum in hoc maximè vires talium cōmendari. E R. Ad omnia facilis est responsio. Si quis facile absq; vehementer capit is cōmotione, sine corporis quoq; & ventriculi lancingatione vomere solitus sit, & morbi causam in vētriculo aut propinquisi partibus colligat, ei non interdico vomitum. Sin alibi generetur causa, & ventris laceratione eò promptius attrahi videatur, aut in capite iam existentem commoueat, aut difficulter vomet, non probbo. Veteres ab infantia ferè seipso ad vomitū consuefaciebant: quod fiebat, vt crebrius medici in omnib. propè morbis vomitum imperarent. Alia est hominum nunc consuetudo: rariq; sunt, qui sine labore & laniatu ventriculi & fauciū vomere queant. Solam qualitatē absq; corpore non migrare de subiecto uno in aliud, s̄ape nobis antea dictum fuit. Qui hīc ambigit, nimis rudem se probat esse. Qui præterea nescit, ex secundis qualitatibus non posse quamuis in quolibet subiecto inesse, is monendum est, vt in philosophorum scriptis & bonis artibus se exerceat, priusquam audacter & incōsideratè, quicquid in buccam venit, effutiat. Tam non potest qualitas venenata & inimica cerebro propter abditam proprietatem in aliter temperato subiecto, quam id est, cuius est qualit-

*Num uomitus
conferat epile
pticis.*

*An qualitas ue
nenata absque
substātia ad ca
put tollatur.*

qualitas propria, fingi, quam non potest virtus Magnetis in glacie, vel risibilitas in bruto cogitari. Nimis insulsa opinio secus opinantium est. De Amuletis & medicamentis, quæ occulta virtute morbos pellere fertur, cum alibi, tum in primo congressu satis prolixè runtur, disceptauimus. Produxo locum ex Tatiano Assyrio, quem D.Ioh. Vuierus in præclarissimo præstantissimæ eruditionis tum pietatis pleno libro suo de Præstigijs dæmonum citauit: in quo mox ab initio hæc habentur verba. Nullus affectus per occultam alterius rei diffensionem tollitur: nec ægrotus curatur amuletis, ut pelliculis appensis. Hanc Tatiani sententiam viri summi, sanctissimi & vetustissimi veram esse monstravi hac ratione, quod naturalia siue propter formam substantiæ effectricem, siue propter certum temperamentum rebus subiectis insint, non aliter mutantur, quam persensibilium qualitatum alterationem, siue temperamenti mutationem. Quippe forma substantialis per se neq; corruptitur, neq; mutatur, nō mutato tempore. Quare siue ratione formæ tales vires in rebus inesse putentur, siue ratione materiae seu temperamenti inesse existimentur, ausferri & tolli nequeunt, illis manentibus. At forma subiectum suum nunquam deserit, quantisper temperamentum eius non immutatur huc usq; vt in eo perdurare amplius nequeat. Quamobrem certo certius est, pharmaca nulla potestate latente morbos abigere, nisi quæ causam morbi expellere, vel morbum ipsum delere possint. Ut maximè tibi concedā, de quo non sine causis grauiss. plurimū ambigere cogor, quædā sua præsentia impedire, & quasi frænare contraria potestatis actionē posse, tollere tamen eandē alia ratione q̄ modò dicta, nunq̄ poterunt. Semper enim morbus perdurās in corpore symptomata proferet, quāprimum impeditamentū amolitū fuerit. Quare cū morbum

Vtrum amuleta profint in epilepsia.

Magnes trahit
substantiam,
non qualitatem.

Occulte tra-
hentia non tra-
hant eminus.

causam & temperamento manentib. extinguere taliane-
queant, necessariò fatendū nobis fuerit, per causæ abla-
tionē ea morbos expungere. Addidi hoc quoq; Magne-
tem trahere, nō qualitatē, sed quod trahi potest, nempe
substantiam, ferrum scilicet: ac proinde ostendere à no-
bis dissentientes oportere, Amuleta sua vel sensibiliter
morbi causam dissipare, vel insensibiliter ejscere. Quæ
dum monstrare non poterunt, frustra persuadere nobis
admirabiles suorum pharmacorū vires tentabunt. Ego
nondum vidi aliquod ex his causas morborum visibi-
les & corporeas vel hoc vel illo modo extra corpus
trahere. Adde quòd proximè ad causam morbi admo-
nere, non extrinsecus appendere corpori oporteret.
Quippe vis Magnetis, quæ excusare ac probare in rebus
cunctis fermè tales potestates cogitur, non attraxerit
vnquam ad se ferrum intra corpus absconditum per
medias carnes & cutem. Quinimò quantumuis leui
obstaculo inter ipsum & ferrum intericto frustratur
tractio. Quo pacto igitur hactenus desipimus, ut mor-
bum aliquem, qui loco moueri, aut absque alteratione
ve! causæ sive ablatione interimi nequit, à radicula aut
lapillo incantari & occidi seu pelli credamus? Quis sei-
psum colligens, & rem ipsam apud se considerans puta-
bit frustillum lapidis aut radicis appēsum cuti tantam
vim morbifici humoris educere, aut morbum adeò
terribilem iugulare posse? Magnes grandis admodum
vix pusillam acum longius dissitam commouet, re ali-
qua solidiore interposita nullo pacto mouet, etiam si
proxima sit, & lapillum vel radiculam nos putabimus.
horrificum morbum vnā cum sua causa, quæ à validissi-
mis pharmaciis crebrò repetitis euacuari sàpē nō po-
test, extra corpus insensibiliter mox exturbare? Dico ti-
bi meras esse nugas, quæ de his physicis remedijis fabu-
lati sunt creduli medici, alijuc superstitiosi. Si quod ex-
taret

taret Amuletum ea vi ad se attrahens causam epilepsiae
qua Paracelsi attrahens medicamentum pollebat, ali-
quid fortasse tribuendum eis foret. Attrahēs pharma- Pharmacū Pa-
racelsi miracu-
losē trahens.
cum, inquit, aliquando Centenarium pondo carnis at-
traxit. Parari potest, quod vaccam in altum trahat, &
ramum de arbore auellat. Vidimus, quod ouem aquæ
plenam attraheret: quod ex thorace pulmones in os
pertraxerit, vt ex eo suffocatus homo fuerit: quod pu-
lliam ad nasum adduxit, vt ab eius cute auelli deinde
nequivicerit: quod pestē extraxit, vt ægroti omnes, quan-
tumuis laborarent grauiter, eius viribus sanati sint.
FVR. Pestem alibi dicit naturę viribus nullo pacto sub-
iectam esse, ac sola cœlesti medicina curari. E R. Nescis
eum sui similem vbiq; & semper manere? Sed audi, qua-
le adstringēs pharmacum habuerit. Vidi medicamen-
tu m sic os adstringens, inquit eodem lib. Archid. vt in-
augmento per vim fuerit effringendum, non sine san-
guinis profusione: & quod anum sic clausit, vt terebra
fuerit perforanda seu recludenda. FVR. Crassa hæc &
palpabilia mendacia prætereunda, & subtiliora sunt re-
sellenda, quæ veri speciem habere quibusdā videntur.
Ergo ad Amuleta redeo. Galenus plurimum substantię
remediorum tribuit, licet admurmurationes & chara-
cteres contemnere ac ridere iubeat. Nosti quid de Pæo-
nia radice affirmet. E R A S. Rectè figuræ & verba da-
nnat: sed non rectè in grauibus morbis effluvio nescio-
nialaudat. Quod cum experientia vsusque nonnullos
docuisse, nec Galenum fallitatis arguere auderent, ve-
ra Pæonia mascula nos carere existimarunt. Sed quæ
à peritissimis harum rerum inuestigatoribus vera esse
demonstrata est, vsu melior inuenta nō est. Præstat nos
in hac parte prudentiæ Theophrasti illius Magni (non
Cacophrasti Nebulonis & Magi) imitatores fieri, qui

Galenus lau-
dat appen-
siones substanciali-
rum.

Periclem pessimè affectū animo ex eo iudicauit, quòd
ægrotanti sibi amuletum alligari passus fuerat. Ideò in
9. de Histor. Plant. circa finem hęc quoq; de talibus scri-
psit, ἀλλα τὰ διηθέσεα καὶ πανόπερε, τὰ δὲ τὰ εἰδώλας τὸν αλεξιφρεμάκων λεγομένων τούτε σώμασι καὶ τοὺς α-
κείας. Et non multo pōst addit. τὰ μὲν οὖν ριάτη καθάπερ
καὶ ταῦτα τὸν ἐλέχθη, συναύξειν Βουλομένων ἐστὶ τὰς εἰστάν τε-
χνας. Hæc cùm Ethnicus homo viderit ac scriperit,
quī non pudet nos tot post ipsum seculis natos, & in
tanta veritatis luce versantes tantam in nos ipsos stu-
ticiam admittere, vt talibus nugis fidem habeamus?
Legimus de Caracalla Imperatore adeò eum fuisse a-
lienum ab istis delirijs, vt contra morbos nonnullos a-
muleta appendere edicto vetare statuerit. Dignissima
est sententia Nazianzeni, quæ literis aureis animis no-
stris sic infigatur, vt ex eis deleri in posterum non pos-
sit, cùm sic ait, ὅτεν δεῖ τὰ τειαμφάτων καὶ ἐπασμάτων οἴστη-
πονηρὸς συνεισέρχεται. F V R. Quomodo simul irrepit ma-
lus ille, cùm amuletis morbos profligare conamur?
E R. Si natura, vel per id temperis, vel postea morbi cau-
sa deuicta morbum deleuerit, statim opera alligatae rei
putabitur contigisse. Credulitatem hanc obseruans
πανούργος ille, eandem auget, ac ex alijs similem expe-
ctare euentum persuadet: quo à veris remedijis paula-
tim nos alienet, atq; ad non vera contraq; Dei ordina-
tionem & voluntatem usurpata sensim traducat. Vide
verò, quæso te, quò rem perduxerit Cacodæmō. Publi-
cè in pharmacopolij prostät venalia cadauera condita

**Abominabile
pharmacū ex
mūnia, diabo-
luse cogitauit**

Aegyptiorū, eaq; deuoranda exhibentur ægrotantibus
in sanguinis sputo, in casu vel contusione partium in-
ternarū, ad discutiendos sanguinis grumos. In tantum in-
ascendit dignitatis & pretij gradū abominabilis & ex-
cranda medicina, vt auro fermè estimetur ab aliquibus
dignior. Etenim virtute præditam esse rentur, qua ge-
stantem

stantem à casu præseruet, aut ne quid intrā corpus ex
casu rumpatur, efficiat. Pudenda hæc credulitas de fa-
cultate Mumiax videtur ab Arabib. per quendam erro-
rem deriuata esse in castissimam medicinæ artem: & o-
mnium propè medicorum animos vel per incuriam,
vel per astum Dæmonis occupauisse. Quæ de Mumia Execrabilia
fabuletur impia Paracelsicorum turba, quæq; de phar-
macis ex humano sanguine, stercore, partib., excremen-
tis alijs, concinnatis mentiatur, in præsentia omittam:
& quæ ad rem nostram proprius spectant, referam. Per-
suasit Diabolus latenter hominibus, vt pro Epilepsia
depulsione vtantur puluere ex humano cranio præpa-
rato: ac foeminæ iussit deuorare foeminas, maris ma-
sculos. Absurda hæc esse & indigna hominibus ne Ga-
lenus quidem dubitauit afferere in lib. de Simplicium
medicamentorum facultatibus. Paracelsus, cùm inani-
tio offerri cranij puluerem animaduertisset, vt supersti-
tionem confirmaret & augeret, ossiculum quoddam
parvum, angulare, magnitudine vnguis, in capitis ver-
tice inueniri mentitus est, quod epotum liberaret. Ne
in mendacio deprehenderetur, addidit, nō in omnium
capitibus, sed quorundam solum inueniri. Idem hoc
omnes impostores, præstigiatores, incantatores, nebu-
lones facere solent. In bufonis exempli gratia, capite
reperitur, inquiunt, lapis hac vel illa potentia præditus.
Sed nec in omni bufonis capite reperitur: nec, si insit,
nisi certa ceremonia extrahitur. Omnia ob id dicunt
& faciunt, vt ludant multos: & mendacij excusandi an-
fam sibi seruent. Quomodo enim posset tantillum os-
siculum deuoratum (si maximè tale aliquod inuenire-
tur) tanti morbi depellere causam. Dictum fuit an-
te, non quodlibet frustulum Magnetis trahere acum,
(sed certa magnitudine donatum. Satis aperte men-
dicij seipsum arguit, cùm alibi dum ex professo hæc

Virtus Mumia

Paracelsic. re-
media.

tractat, non ossiculum, sed cranium certo modo præparatum (modum non refert) offerri præcipit. Quod de stercore Ciconiae scripsit Galenus, verè dici de talib. potest. Nam si possent naturæ suæ viribus morbum hunc extinguere, non tamen vnicum aliquod ex his ossiculis posset. FVR. Quid si sæpius usurpanda dicant? ER. Frustra dicent. Etenim cùm reperiantur in valde paucis (vt ipsi aiunt, in nullis, vt ego dico) illa ossicula, nō poterit quisquam tot corraderet, quot habet opus. Deinde si ab occulta proprietate iuuant, qualitatib. manifestis non impeditur, quo minus omni tempore, loco, morbo, commoden. Sic enim Galenus definit abditas rerum vires, vt semper & omnibus prosint. Quippe de testudinis sanguine loquës dicit, se nunc ei testimonium præbiturum *τὸν αὐτούθειας*, non autem euidentis operatio-
nis à temperamento profectæ, si omni dolori capititis quolibet temperamento conducere demonstretur. Ita nos quoq; talibus fidem habebimus, cùm sensibiliter

Miserandū e- videbimus causarum vacuatione cōferre. Miserandum
pilepsie reme- prorsus est, aliquos eò dementiae processisse infirmos,
dium. vt calentem ex venis decollati hominis effluentem fan-
guinem poculo exceptum haurire sustinuerint: incredi-
bile propemodum videretur, inuentos suisse medicos,
qui suadere talia ausi fuerint, nisi constaret longem a-
ximas esse superstitionum vires. Immanitas est tanta,
vt admirari & detestari satis nunquā possimus. Si mor-
bi rationis & intelligentiæ participes essent, sicut eos
ferè depingit Paracelsus, prodesse abominabilia hæc re-
media ratione illa crederem fortasse, qua immanis illa
mater (si mater suisse putanda est) famelicos milites in
obsidione Hierosolymitana domo sua expulit, dum fi-
lium suum tostum epulandum eis apponeret. Etenim
interitum suum potius eligerent, quā tantè immani-
tatis essent spectatores. Ad me quod attinet, à pueri
visque

Visque semper à talibus abhorri: & omnes illos, qui humanitatis & pietatis affectus nondum exuerunt, obseruo & obtestor, vt deinceps fœdis & diabolicis istis remedijis (si maximè remedia essent) valedicant. Deus pro infinita sua bonitate ita nos omni remediiorum genere ditauit & locupletauit, vt plus quam beluinis & tartarreis pharmacis neutquam indigeamus. Quod de his medicis, desuperstitiosis alijs similiter intelligi cupio. Summatim nunc iterum dicam, affectum seu qualitatem naturalem virtute naturali siue abdita, siue manifesta mutari aut eradi non posse, nisi vel subiectum eius perdat, vel per mutuam primarum qualitatū actionem & passionem hactenus alteretur, vt aptum subiectū esse destinat, vel causa eius ē medio auferatur. Etenim qualitatum alia $\kappa\chi\epsilon\sigma\tau$ tantū insunt suis subiectis, & praesentia causæ in eodem subsistunt: ea ablata confessim evanescunt. Huius generis cùm alia quædam, tum instrumentales morbi fermè omnes censemur. Aliæ $\kappa\chi\epsilon\sigma\tau$ adhærescant, atq; causis efficientibus ablatis nihilominus remanent, quarum aliæ propter natuum subiecti temperamentū ab initio generationis inhæserunt: aliæ postea superuenierūt: & à certis causis penitus impresæ & veluti insculptæ atque in profundum insertæ sunt. Duæ postremæ species non tolluntur, quantis per subiectum vel non tollitur, vel non manifestè ac notabiliter alteratur. Quæ causis suis tantum subsistunt, ablatione duntaxat causæ interimuntur. Ergo si amuletum vel appensa substantia morbum delere ponatur, necesse est, vt vel causam eius adimat, vel subiectum tollatur, vel deniq; temperiem eiusdem immutet: quod sine mutua primarum qualitatum actione & passione non sicut. Etenim quæ aliter qualitates membris insitas interimunt, ipsa simul subiecta perdunt. Quomodo autem radix cuti admota ex corpore venenatos aut acres

*Quot modis
naturales affe-
ctiones delecta-
tur.*

*Quomodo pe-
riaptam morbos
pellant.*

fumos extrahat, vt molesta porrò cerebro esse desinat?
 Si vim talem vlla nacta à Deo fuisset, aliquando visibi-
 liter instar Magnetis eandem nobis demonstrauisset.
 FVR. Tempus est, vt ad Elephantiasim transcamus.
 ER. An non prius inspicere oportet, quid Paracelsicus
 grex de huius morbi curatione nobis reliquerit? FVR.
 Rectè mones: mihi. n. iam id exciderat. E R. Recita nobis
 quæ ex eo didicisti. FVR. Multis in locis gloriatur, se-
 curationem huius morbi tenuisse: at non multa recen-
 set hue pertinentia. Quinimò nonnunquam aperte o-
 stendit, se pro incurabili habuisse nō prorsus recens na-
 tum: vt tu in superiore velitatione verè monuisti. Equi-
 dem si vera ponantur, quæ de eius curatione lib. de Ca-
 duco scripsit, non probari solū, sed firmissimè demon-
 strari poterit, insanabile cum esse: quod nō minus clarè
 in Paragraph. afferuit. Quæ hinc inde libris eius aspersa
 collegi breuiter connumerabo. Principiò illud obser-
 uavi, de quo in proxima dissertatione actum est, eum
 vim & potestatem morbos debellandi assignare, non
 corporis naturæ, sed remedij: quemadmodum haud
 multò antè gregalem quendam eius sentire docuisti.
 Sic enim secundo de Viribus viscerum capitez. scribit.
 Membra per se nullam suscipiunt potestatem, qua co-
 nentur morbos pellere: sed quieta manent, atque so-
 lum externum cerebrum sinunt pugnare. (Cere-
 brum externum vocat remedia. Nam in eo libro cor,
 cerebrum, hepar, lienem, renes, vesicam, quæ in nobis
 insint, vocat membra interna, seu viscera: deinde singit
 etiam cor externum, iecur externum, cerebrum exter-
 num (ratio par est aliorum) nempe remedia his partibus
 opitulantia) Et mox iecur quoq; postulat externū iecur
 tempore necessitatis: cū nullo pacto aptum sit seipsum
 militis instar defendere. Quocirca appellantur hæ par-
 tes (viscera sc.) partes spiritales: propterea quòd spiritus
 gen.

*Paracelsus epi-
lepsiam ponit
incurabilem.*

non pugnant, sed solum corpus. Ceterum iescur spiritus
duntaxat est: ac caro, quæ nomen accepit iecinoris, tan-
tummodo pars est corporis: quæ nullius est momenti
vel usus. Quare si pugnandum sit hepatis, pro eo aliud
pugnet oportet. Ego autem memini, & in proxima concer-
tatione, & non multò antea clarissimis testimonijis ostend-
sum esse, naturam curare. Hoc iam loco illud solū refe-
tam, quod in primo lib. ex trib. illis quorum modò me-
mini, legitur. Postea de membris seu partibus, inquit,
quæ scipias corrigere coguntur, duos libellos conscri-
bemus. Hæc verba ex diametro opposita sunt antea di-
ctis. Ad curationem huius morbi vtile esse afferit, quic-
quid tonitru perdere possit: cum eodem modo, & ab
eisdem causis fiat, quomodo & à qualibus tonitrua ef-
ficiuntur. Ego vero nullo in loco ab eo traditum
memini, quare aut quo pharmaco tonitrua vel impe-
ditivæ vel extingui possint (quæ de corallis & similibus
haevi pellenribus nugatur, in prima parte refutata re-
cordor.) Quare ne epilepsia quidem remedium habe-
bit. Hoc scio eodem libro non semel tantum ab eo af-
firmari, omnem curandi rationem in eo consistere, vt
auctis materia sic subtrahatur, quomodo quando her-
ba aliqua vna cum radice euellitur, Soli siue cœlo her-
bæ illam producendi materia eripitur. Astris, inquit,
resistere aliter nequimus, quām si subiectum, in quod
agunt, subripiamus. Proinde si huic morbo remedium
adferre desideremus, subiectorum subductione id effi-
ciendum, Quis enim Soli splendorē eripere? quis Mar-
tem debilitare? quis Saturnū regere? quis Venerē vin-
cere possit? Nemo. Quām non possumus vel Lunā na-
tura sua exuere (siue plena siue noua fiat) vel reliquacoe-
lesterni sidera frangere, tam non valemus interna mi-
crocosmi sidera impedire. Quare hoc relinquitur, vt
materiam eis subtrahamus. Astra perse non generant

*Solum corpus
pugnat, non spi-
ritus.*

*Epilepsiam ca-
ravit tonitrua
pendentia.*

morbos, nec materia sola generat, sed si non apte iungantur: sicut cum aqua cum oleo in igne permiscetur. Separanda igitur haec fuerint id quod effici oportet per ignem elementum. Nam omnia separari per ignem & ab igne videtis. Non multo post constanter asseuerat assiduum usum corallorum superare naturam astrorum: & virtute arcani sui comprimi atque intercipi eorum cursum, ut morbum porrò suscitare nequeant. Semen Peoniae itidem potestatem possidere censem astra cohercendi, ne paroxysmum accendant. Item Solae volatilitates (loquitur de Chalcantho) astris imperant. Libro de Comit. matricis haec habet. Curatio ad sola astra respicit: quæ cum reguntur, & in ordinem redacta sunt, cessant corporis istæ iactationes. Arcana aduersus astra pugnant, non aduersus naturalia corpora. In alio libro quem de morbo Comitiali conscripsit, in corpore, (quod ex sale, sulfure, mercurio conflatum putatur) taut: quod exaltatum à suo astro hunc pariat morbum. Curationē verò esse, ut sulfur, sal, mercurius, in sua humectatione conseruentur, non in oleum vertantur. De curatione e-
pilepsie à dia-
bolis petit Pa-
racelsus. mum curationē præcipit à Magis, Necromantis, Chi-
romantis, & nescio quibus alijs impietatis magistris pe-
tere: inter quos Magis, Necromātis, & Chemicis primas
tribuit. Inter remedia enumerat, Viscum quercinum,
Officulum Craniū humani, Semen Pæonie, Stimmi, Au-
rum, Plantaginem, Chalcanthi volatilitatē, Sanguinem
humanum calentrem in suo Ascendente, (hoc est, Da-
mone) epotum. His alibi addit radicis Ellebori nigri v-
sum crebriorem. Lib. de Com. Mat. Iudicari promo-
re suo lectorum conatur Verristis, & Granaganis: quæ
voces quid significēt nec ipse, nec qui ei inspiravit, dia-
bolus nouit, puto. Haec sunt ferè, quæ de præsentis mor-
bi curatione quatuor libris de eodem scriptis tradidit.
E.R.

ER. Adde, si libet, quæ in Paragr. ponit, Viscum quercentum pro sale, rad. pyrethri pro petroselino, folia Elleb. nigri pro beta præcipit in vietu usurpanda. Mox addit quatuor esse modos curandi: per Experimenta, quæ paroxyscum ait tollere, non morbum: per arcana, quæ contra canones medicorum iuuare afferit: per ingenia, hoc est, Chirurgiam (iubet enim perforare cranium argenteamq; in vulnere fistulam tenere. Item summittatem spinæ aperire, apertamque seruare) deniq; per elementata composita. Post hæc pharmacum ex Chalcantho, aquam scilicet ac oleum operosè parat. Item aliud ex humano sanguine. An non manifestè vides, eum nec vbi inchoandum, nec quid faciendum, nec vbi consistendum sit, docere? Nullam habet rationem loci affecti, nullam ætatis, consuetudinis, circumstantiarū aliarum: non scrutatur causam, non modum generationis. Inquirit, non depulsionis rationem ullam indicat.

Nugatur sceleratus Nebulo de nescio quibus astris & ascendentibus: de quibus aliàs satis, imò nimis diximus, & conuiciando libros implet, cùm docere debuit. Astra, inquit, ratione agunt vniuersa, artesque cunctas nos cœlum docet, ædificandi, fabricandi, mendicandi, &cæt. Tali potestate reliquorum quoque elementorum astra prædicta sunt: quæ per coniunctionem hos morbos pariunt. Est autem coniunctionio nihil aliud, quam si ad fabricam ferri cocant faber, malleus, incus, ignis: aut ad domus extrusionem conueniant ædificator, securis, lignum. Quid ex his tu disces? Nec quis faber ille sit aperit: nec quibus instrumentis fabricet declarat: nec ex qua materia opus suum cudat monstrat. Quis præter Paracels. elementa ratione vti putauit? Si per astra (quod alicubi videtur innuere voluisse, & discipuli eius serio credunt) viscera nostra intellexit, quis non mentiri cum perspicit, cùm certo consilio mor-

*Modi quatuor
curandi epile-
psiam apud Pa-
racelsum.*

*Astra quid uo-
cet Paracelsus.*

bos sic procreare scribit, quomodo ædificator domum extruit? An etiam manus habere confitebitur? Sanè concedere cogitur. Quippe qui remedia morbos pellere posse negat, si manibus careant, quomodo is astra morbos quoslibet fabricantia sine manib. fingere putet? Verba eius lib. & loco paulò antè citato hæc sunt. Proinde si hepatici pugniandū est, pro eo aliud depugnet necessarium est. Et rem corporatā esse oportet, in qua manus sint ac pedes, quib. resistere & repugnare morbis corporeis possit. Si remedia egent manibus ad profligandos morbos, multò magis faber ad efformandos egebit. Si verò astra vocat semina ac radices morborum infallibili scientia superbientia, tunc astrum & materia idem fuerint. Quomodo ergo sic coniungentur, quomodo faber, malleus, incus, iunguntur in cultri formatione?

Morbi à suis se minibus quatenus differat. Palam alibi affirmat, & probant sequendo discipuli, morbos ab eorum seminibus non differre nisi exaltatione seu maturatione. Sed præstat sigillatim, quæ produxisti, excutere. Quæ de natura in morbis silente & ociante scribit, nemo sanus optet pluribus refelli. Sed & ipse toties cōtrarium asseruit, vt confutatore alio non egeat. Rectè quoque censes insanabilem fore omnem epilepsiam, si instar tonitri aut fulminis curanda sit: quoniā vis creata nulla tonitri aut fulminis generationē prohibere potest. Quis enim vaporum ex terra & aqua attractionem ascensumū impediatur? Quis sublatorum in aerem, præter Deum, impetum retardet? Quis vim fulminis hebet? Astra insuperabilia esse ipse fatetur. Materiam eripi non posse, res docet. Aut ergo incurabilis est epilepsia, aut male cum fulminis ac tonitriū impeditione confertur. Quod astra non pati à nobis dixit, verum est. Quod eadem debilitari & impeditiri mox ait corallis & alijs, in eo & veritati & sibimet contradicit. Nec excusat, qui hic

hic astra microcosmi accipienda dicet. Nam non magis hæc quām illa mutari à medicamentis posse affirmatē scribit. Si porrò materia est sulfur quoddam fœtens suo quodam sale & mercurio comitatū (vt vbiq; fermè affirmat) ex quib. corpus nostrum cōstat, nec faturum prorsus est, vt fateamur tolli non posse, nisi id, ex quo constamus, tolli posse confiteamur. Prius eum sensisse ex plurimis locis constat. Sufficit autem hoc loco verba eius ex libro de Comit. citauisse: quæ sic habent. Quoniam homo sic est factus, vt in seipso talia simplicia contineat, ex quibus Comitialis morbus nascitur, vt Sulphur, Chalcanthum, hoc efficitur ex tribus primis, ex quibus conflatus est, tale sulphur cum suo mercurio & sale generatum esse, ex quo per ascendentem suum exaltato morbus hic fiat. Nam tales materiæ in homine insunt, & extra eundem etiam reperiuntur. Et paulo pōst. Operatio hæc aliter non est accipienda, quām hominem in se tenere hoc simplex, Et quemadmodum prope ignem dissoluitur, ac qui fumum percipit, concidit, ita ascendens ille est, qui accedit, & sumum concitat, qui cerebrum eiusq; sinus petens morbum efficit. Ergo si neque astra mutari, neque materia subduci potest, curationem morbus non accipit. Cæterūm materiam subtrahi nō posse, ex eo patet, quod cōgenita nobis est. Et congenitos nobis morbos incurabiles esse non minus concessit, vt alibi monstrauimus. Adde quod non consentiunt cū præcepto-ris doctrina discipuli. Nam semina morborum infalli- bili scientia ornata contendūt digesta tempora, quibus exequendum sit ad comœdiā, præclarissimè nouisse. præceptor hic nihil eis tribuit: vim & pote statē effectionis omnē astris assignat. F V R. Non ab interno solū principio, verum etiā ab externo gigni dicit Paracel. In hoc i- situr casu nihil vetat opinor, materiā astris subtrahere.

Bugna discipu-
lorum & ma-
gistrorum.

ER A. Non quid dicat curo, sed quid verum sit querò.
 Causa enim præter corporis insitam qualitatem siue a-
 ptitudinem reddi nulla potest, cur non omnes, qui ean-
 dem vietus rationem seruant, epileptici fiant. Si rectè
 dixit in lib. de Matrice, Morborum alios sanabiles esse,
 alios insanabiles, propter corporis egrotantis naturam
 idoneam, vel non idoneam, etiam morbo affici, vel non
 affici propter easdem causas oportet. Quid verò putas
 per astra cum intellexisse? F V R. Astra facit externa seu
 magni mundi, & interna seu minoris mundi: de quibus
 solis te querere arbitror. Vocat igitur astra, viscera no-
 stra, cum septem cœli astris seu planetis septem in no-
 bis viscera dicit respondere, cor, cerebrum, lienem, he-
 par, renes, vesicam fellis, pulmones. Interdū aliud quip-
 piam sic nominare videtur. Est autem in hac re ita va-
 rijs & obscuris, ut certò credam cum semetipsum non
 intellexisse, sed vel ebrium vel amentē & οὐ φαίνεται
 alia effutuisse. Quantum conjectura aseque potui, idem
 ei significant astra, ascendentes, & fabri morborū. ER.
 Nihil ergo aliud fuerint astra, quam radices aut semina
 morborum. At hæc semina non habent opus alia ma-
 teria, ut quæ infallibilis scientia prædicta sint, ac tempus
 sui progressus norint, atque ex omni materia sibi con-
 uénientem eligant: sicut iam antè declarauimus. Sine
 astri alijs coniunctione, colores, sapore, odores, crassi-
 tudines, subtilitates, mordicationes, venenositates, ve-
 stes, &c. comites sibi asciscunt, ut aiunt. Frustra igitur
 tentes eis materiam subducere, nisi totum corpus au-
 feras. Si per astra nos velit accipere membrorum pro-
 prias & peculiares vires, quibus singula id efficiunt in
 corpore, cuius causa à Deo creata sunt, tantundem effi-
 cietur. Etenim dum naturaliter membra fuerint affecta
 causam nullam mali per se generabunt. Igitur si tunc
 laborabit aliquis epilepsia, efficietur morbus ille ab
 exter-

Astra Raracel
 si externa &
 interna que
 sint.

externa causa absque morbido astro aliquo. Falsum proinde est, quod dicunt, coniunctionem cum materia morbum hunc existere. Deinde omnes eandem vietus rationem uno in loco usurpantes laborabunt. Potestem agrotabat homines, cum pars nulla praeter naturam disposita est: quod impossibile suprad ostendimus. Curatione quoque alia non egebit, quam causae illius externæ ablatione. Hac enim sublata, cum in partibus nulla fuerit relicta dispositio similē materiam generans, morbus percuratus est. Si male affecta ponantur, percurari morbus non poterit, non deleta membrorum dispositione causam paroxysmorū subinde regenerante. Quoniam prava membris infixa qualitas optimum etiam alimentum corrumpit, & in succum noxiū cōuertit. At membrorum qualitates siue astra alterari posse negantur. Sola igitur epilepsia curabilis remanet, quæ aexterna causa sola proficitur. Talis autem cum gerari nulla queat, perspicuum est, nullam epilepsiam sanabilem esse. Quo pacto autem procurabimus, ne sulphur & mercurius cum sale in sua humiditate conserventur, inquit; oleum non conuertantur, si in corporibus nostris non insint? Quod si illud in causa est mali, quod nimis in oleum conuertuntur, non coniunctio horum, sed conuersio in oleum pariet paroxysmum. Quare non educenda vel astro subtrahenda, sed opera danda fuerit, ne olei naturam induant. Quis non videat putida esse deliramenta, & fantastica somnia, quæ de his rebus blaterant homines fanatici? Tale illud etiam quod multa de astris in curatione gannit, cum in materia aliquando subtractione, nonnunquam in duorum corporum separatione, saepe in astrorum corruptione (quæ tamen interū non verentur impatibilia statuere) totam curandi rationem positam afferat. Execrabile & detestandum est sanis & pīs omnibus, quod nos pū-

*Prava mem-
brorum quali-
tatis etiā bonos
succos corrum-
pit.*

Et à Magis & Necromantis, hoc est, ab ipsissimis Cacodæmonibus remedia petere: de qua re quia disputationem antè fuit, non est, cur in præsentia plura dicantur. Ad remedia quod spectat, quædam vult arte Chemicâ præparari, priusquam admoueantur, quædam ab ipsa natura concinnè præparata opinatur, ut sola administratione rectâ opus iudicet. (Alibi assuerat scribit impius Nebulo, Naturam nullum remedium perfecitum gignere: omnia per Chemiam demum perficienda & absoluenda.) Cum utroque pugnant, quæ alibi docet: quemadmodum doctrinæ lux atque orationis dignitas oratio summam dignitatem esse putavit, si ubique & in omnibus secum pugnaret. In plurimis locis contendit, quæcunque in suo corpore exhibeantur, nec virtute ignis seu Chemicæ in spiritus attenuata sint, priusquam ægris propincentur, alimentorum vicem gerere. Quicquid in corpore administratur, inquit, cibus est: quicquid absque corpore surritur, arcana frue pharmacum est. Item, Quæ per pharmaca sanantur, per arcana sanantur. Alio loco quem suprà citauit, spiritus nihil agere, sed sola corpora contra quosvis morbos pugnare, ait. Quomodo arcana morbos oppugnabunt, si spiritus non pugnant? aut quomodo solis arcana pugnandum fuerit, si corpora solummodo morbos fugant?

Vtrum ergo dixeris, confutatum te experieris. Viscum quercinum conducibilem putat in epilepsia aquosum: cum suprà dixerit in sola specie septima utilem esse: sic tamen cōferre, ut primæ speciei alium morbum, quem Sphytam vocat, inducat. Iam considerandum illud quoque fuerit, quomodo in lib. de Gradibus dicat, omnēs epilepsia species mineralibus seu metallicis sandas, quoniam aquæ elemento subiecto sint, si aliqua ignis est propria alia aliorum elementorum sunt soles ac fructus? Etenim morbi aquæ non alijs arcana.

*Constantia &
dignitas oratio
mis Paracelsica*

per

pereirari possunt quam in elemento aquæ natis: ut v.
bique ferè afferit Paracelsus. Eadem est cæterorum ra-
tio. Deinde quomodo, quæso te, medebitur Viscus
quercuum aquosæ epilepsia, si est terræ fructus, non a-
qua? Loci affecti inquisitionem superuacanciam cum
putet esse, quomodo hypothesis seruabit? Arcanum
seu tinturam vnius membra, vt cordis (nam singula
membra suas habent ex istorum hominum arbitratu
tinturas. Cor namq; facit internum, & externum: sic
& cerebrum, & hepar, & renes, &c.) nihil opis adferre di-
cit laboranti cerebro: & econtrà. Qua ratione igitur
intelligetur, quale aut cuius rei arcana sit exhiben-
dum, si, quo in loco malum nascatur, incompertum sit?
Quæ de pharmacorum industria & sagacitate in inda-
gando morbi loco augantur futilissimi homines, & per
se apparent futilia esse, & à nobis in superioribus explo-
salunt. Sufficit nunc monere, ex diametro somnium il-
lad cum doctrina Paracelsi pugnare, & mentiri cum
aduersus hypothesis suam multipliciter, cum hoc vel
illud remedium epilepsiae locum inuenire, atq; ex eo-
dem morbum expellere ait. Ellebori nigri radicem (ve-
teres albi prætulerunt) purgando commodare, si longo
tempore assidue usurpetur, verè quidem afferit, sed ita
sibi interim repugnat, vt absurdius scipsum oppugnare
vix potuerit. Primum in eo, quod hanc radicem pueris
ex lacte oblatam dicit vñi esse, cum solis senibus pro-
desse obstinate prius contenderit. Deinde quod pur-
gantibus solas fæces (ipse stercore nominat) educi af-
ferit, salem, sulphur, mercurium, fæces esse negat: qua
tria hic ei morbus sunt, vel morbi causa. A fæcibus e-
stur communitatem adferent purgantia, si sola sterco-
ra purgari possunt atque debent ex ipsius sententia?
Nec est, quod obsecere aliquis nunc hic velit, cum ster-

Purgantia Pa-
racelso tantu
stercore us-
uant.

cus appellauisse humorem quemlibet prauum & inutilē: cūm à fācib⁹ manifestē seiungat, lib. de Modo Pharmac. FVR. In Archid. aliter censuit, cūm sic scripsit. Sicut tartarum vſtum in loco humido ſeipſum ſoluit, humidaq; comprehendit, ita Rhabarbarū (quod eſt calx quædam liquoris terreni) cum cholera, Turpetum cum phlegmate, Sena cum melancholia, Manna cum ſanguine ſe resoluit. ER. Et hoc & illud dixit. Nec ob aliam causam tories dixi, eum nihil vnquā affitauisse, cuius non etiam contrarium diſertis verbis aſſuerauerit. Satis mihi eſt, ſi inficiari nullus poſſit, iſpum dixiſſe, quæ dixiſſe aſſero. Purgantia negat educere tar-

De purgantī tarum libro de Morbis inuisibilibus. Quomodo ergo uicibus Parac. vacuauerint sulphura & ſales? Item purgantia ſic aſſerit opinio. discriminari oportere, quomodo partes corporis inter ſe diſcrepan. Quod ſi eſt verum, non poterit Ellebori radix utilis eſſe, vbiq; morbi cauſa exoriatur. Non enim habet cum partibus omnibus ſimilitudinem & cognitionē: niſi forte iſpa quoq; repente ſit in microcosmū trāſformata. Impudentiſſimē mentitur, cūm omnia mēbra peruadere ſcribit. Etenim vix ultra ventričulum & primas venas vnquā penetrat. Cogita hoc etiam, quām inſcritē aliqui loci affecti noticiam ſuper uacaneam crepent, ſi pro partium varietate varianda ſint purgantia? Quantum & inter ſe diſſideant, & cum veritate pugnant, qui locum affectū inueniendi, & cum diorū ſcientiæ adſcribunt, clatē firmeq; ſatis eſt nuper monstratum. Mendacium eſt, non tantū ſcutica, ſed planē furca dignum, quod audaciſſima impudentia affirmare quidam audent, in remediis ſcientias contineri immutabiles, locorum, curationū, resolutionū, & expulſionū duces: quorū beneficio morbi prima- rī ab illis, qui per conſenſum eueniunt, diſcernantur. Si quid aliquando huiuscemodi contigit, per accidens.

**Elleborus Ra-
racelſo mem-
bra omnia per
reptat.**

itace.

ita cecidit, per se non sic vsuuenit. Remedia nullum in locum per se abeunt, nullam in partem vel particulam corporis sponte sua migrant, cùm principio motus omni careant, & res quædam sint mortuæ: atque ab alio moueri necesse habeant. Illò ergo solùm perueniunt, quò natura corporis nostri (quæ sola omnem rectio- nem habet, omnia gubernat, & pro virib. procurat) ablegat. Hanc si dotatam à Deo dicat scientia gubernandi cum veritate & eruditis omnibus rectè iudicantibus facient. Medicamenta, quas partes attingunt, id est, ad quas à natura propelluntur, pro viribus suis alterant, quomodo alterari aptæ sunt, siue sanæ sint siue ægræ. Omnes ex æquo afficiunt, non vnis parcunt, alteris ve- ro negotium exhibent. Si in vna parte magis appetit pharmacæ actio, id inde accedit, quod passioni magis cę- teris obnoxia fuit: nō ex eo contigit, quod medicamen magis minus. Cur pharma- cum partem unam ceteris ue afficiat.

calarem tractatum conscripsi, prolixius hīc disputare non volo. Satis est monuisse, pharmaca non esse res vi- uas, sed mortuas, omni motus & vitæ virtute priuatas; & proinde vlrò neq; ad hunc neq; ad illum locū mo- ueri, sed à natura instar aliorum omnium distribui, & vel huc vel illuc detrudi. Et cùm naturaliter agant, insi- tis viribus omnia equaliter afficer: non vni, quām alijs partibus, molestiora esse. Non enim quia magis voluc- rit pharmacum hanc, quām illam, mutare & mouere, alteratur vna aliqua plus alijs, sed quia propter insitum temperamentum pati magis alijs apta fuit à medica- mento, quod forte ad eam appulit. Quis nescit aliter affici, panē, corium, carnes, ligna, lapides, &c. si in aquam, vnam eandemque demergantur? Diuersitatis causam, quæ aquæ potius attribuit uno modo agenti in omnia, quām naturis varijs patientium, is non modò ruditus est: & incers, sed planè stolidus & amens. Si vis relegito, quæ-

Morbi Para-
celso non abo-
lentur per se
parationes.

in prima cōcertatione de hoc negotio disceptauimus.
Et quomodo dicunt medicamenta duces & authores
resolutionum, separationum, expulsionū? Si cum ma-
gistro sentinnt, negat is morbos per separations abo-
litiones, sed per transmutationem solum tolli ait, quomodo
plumbum in autum conuerti putant stolidi quidam.
Pugnat hęc Præceptoris opinio cum discipulorum in-
super phantasia de radicibus morborum immutabili-
bus, immortalibus, indissolubilibus. Quę namq; mala
possunt in bona transmutari, nequaquam sunt intrans-
mutabilia. Pugnat nō minus secū homo vesanus, cūm
aliter morbos curari non concedit, quām materiæ sub-

In excremen- tratione, ne in eam astrum Paracelsicum agat. Quid
sis inest uis sui ad illa dicent, quòd eadem bestia non semel eructauit,
expultrix. in excremētis esse virtutem expellendi semetipsa, non
vel in pharmacis vel in naturę nostrę viribus? Ne illud
quidem silentio prætereundum est, quòd ociosā & ina-
nis est sagacitas illa pharmacorum inquirendi & inue-
niendi locum affectum & morbum, si expellere causam
eius non valent. Non posse affirmat magister eorum,
& docet ratio hypotheseos eorum. Si enim radices
infallibili scientia prorependi tēpus, modum, locū, no-
runt, & comitatum, vestes, colores, odores, sapores, cor-
pora, qualitates alias, nullo impedire potente, assumūt,
quid, oro te, faciet tantillum medicaminis deglutiti ad-
uersus adeò firmum hostem tātis stipatum copijs, tam
validè vallis aggeribusq; communitū? Si natura ociosę
spectat euentum, tam non expugnabit pharmacum ar-
cem morbi egregiè defensam, & maioribus viribus ac
copijs propugnatā, quā non extrahet infans robustum
virum ex arce munita. Non minus certa & infallibilis
est morbi scientia, quām immutabilis est pharmaci no-
ticia. Superior igitur manebit, qui in unitū locum oc-
cupauit, cumq; præsidij prouidè firmauit. FVR. Sed
cogi-

cogitandum tamen est Tincturas, quas ita nominant, sic peruidere corpus, in quod assumuntur, quomodo Quemodo tin-
vinum stillatitium aut humor alius vehementer atte-
nuatus, & fermè in aeriam tenuitatem transformatus, turæ Paracel-
inque humorem aliquem infusus per eundem totum si corpus per-
diffundi & dispergi solet. Quare non absurdum omni-
no est, quòd de potentia indagandi morbos & locum
affectum adferunt. ERA S. Nego tibi hoc primum, sic
per corporis nostri partes vndiquaq; distribui vlla phar-
maca, quomodo per liquorem funditur & extenditur
vinum stillatitium, aut eius generis aliud quippiā. Alia Non tam faci-
namq; humidorum, alia solidorum corporum natura lis est per soli-
est. Vinum certè stillatitiū neq; tam citò, neq; tam pe- da penetratio,
nitùs in profundum penetrat, neq; tam latè in omnes ac per humida
partes se exporrigit, cū solidæ substatiæ infunditur, atq;
cū in liquorem inicitur. Deinde ratio est longissimè
alia viuentium & mortuorū corporum. Quippe si quid
noxij sentiant corpora nostra, non in corpus diducere,
sed per eas vias, per quas commodissimè potest expelle-
re natura nescit. Quin etiam alterando & vincendo,
se transmutando conatur exitiosam & molestā facul-
tatem hebetare, debilitare, corrumpere. Sed nihil va-
leant, quæ iam diximus. Quis adeò stupet, vt tantulam
medicamenta alicuius etiam validissimi quantitatē
in totum sanguinem & partes corporis vniuersi disse-
minatam, aliquid notatu dignum perficere putet?
Multò ergo plus virium morbus retinebit in certolo-
co collectus & non dispersus, ac in ipsis membris aut
humoribus radices suas altè defixas obtinens, quam
vix medicaminis guttulae fortè fortuna ad eum lo-
cum appulsæ mox cedat. Non minus enim infallibili
scientia donatus est impedimenta cauendi, quam phar-
macum oppugnandi. Certè si tanta sint potestate
morborum feminæ dotata, quantas eis adscribunt ho-

mines parum prudentes, nullus omnino morbus curatur, sed omnes sua sponte ex scena tunc exeūt, cùm destinatum tempus iubet ad latibula nota redire. FVR. Nimis longè profecti iam sumus. ER. Qui stultos & infanos redarguere tentat, cogitur nonnunquā paulisper vna despere. Ad Paracel. redeo, vt tandem finem faciamus de hoc morbo differendi. Affirmat ille in Aphor. purgātia medicamina hoc solummodo euacuare, quod in ventre continetur. Quod si verum est, ac virtus expultrix, quod libr. de Morbis inuisib. itidem affirmat, in stercoribus, non autem in medicamentis aut corporibus nostris inest, quid opus est vel Elleborum, vel alia purgantia proponere? Radicis Ellebori essentia exhibita, inquit, non multū phlegmatis & humorum vacuitur, sed ipsum corpus epilepticū educitur. De quo corpore intelligi potest alio quām de causa epilepsia? At hēc modo in vna, modo in alia parte generatur & colligitur: non semper in ventre inhāret. Quare mentitur Paracelsus utrum affirmet, ac turpissemē praeceptoris repugnat discipuli, tantis scientijs remedia sua ornantes. FVR. Mira res, nec morbum norunt, nec generationis modūm intelligunt, nec affectam partem inquirūt, nec causam dignoscere satagunt, & nihilominus de felici curatione sua plenis buccis gloriantur. Qui potest fieri, vt hunc morbum arte curet, non fortuito, qui prædictorum nihil compertum habet. ER. Causam impudentiae his tibi verbis Galenus ob oculos ponit. τις γάρ οὐαγός οὐοι εἰσαντὸν τερπάτως ἐρέσεως, γδὲν ἀτολματὸν ἔστι, ἄλλος ἀπειρόμας ψύχονται: καὶ χρέφειν ἔντα μεν οὐ πολλάκις εἰσεγένεται, αὐτοὶ γδὲ οὐδὲν εἰδόντων τούτην. τολλάδε γδὲ τώποις ἀφθαρτοῖς φάσιν τὸ σωματικὸν ὁροφεναι. Nihil non audent, qui se alicuius sectæ principes & patronos constituerunt, sed quiduis promptè mentiuntur. Scribunt se frequenter vidisse, quorum ac somnium qui-

Purgātia quid
Parac. uacuet.

dem vñquam viderunt. Et quæ sapenumero conspicata sunt, nunquam sibi conspecta aiunt. Profectò qui Paracelsi gregaliumq; scripta legit, verè à Galeno dicta esse perspicet. Quis enim præter hos fanaticos vedit febres extra corpora hominum rigere? Quis epilepticos nullos sanatos ausus fuit dicere? Quis præter infaustos hosce nouatores curari morbos quoslibet pronunciauit? Vide verò quanta sit eorum impudentia, infictitia, & diffensio siue repugnantia. Inueniri dicūt remedia, quæ omnes omnino morbos oppugnant & extirpent: quorum aliquando vnicū esse dicitant, nonnunquam plurimi esse crepant. Evidē Paracelsus se talia remedia confecisse scribit, quib. discipuli (magistri mendacia approbantes) asteuerant curationem vniuersalem perfici: quam morbi hæreditarij exaltati, epilepsie, podagræ, lepræ, seu elephantiases confirmatae, hydroper consummati eradicari, & prorsus deleri aiunt. Diuinā hanc potestatem in auro inesse, in electro ab ipso vocato, in antimonio, in fatuorum (philosophorū me dicere oportebat, iuxta Paracelsum) lapide, & in nescio quib. alijs rebus scriptis. Alijs dicunt, tincturas, arcana, quintas essentias, fructuaria, &c. plurimū discrepare: vt, quæ cordi sunt destinata, hepati non cōmodent: quæ iecinori conferunt, cerebro aut renibus nil profint: quæ cerebro conducūt, frustra visceribus alijs laborantibus usurpentur. Quod si hoc vniuersè ab ipsis sape dictum, verè dictū est, falsè ab eisdem affirmatur, remedia extare, quæ omnibus omnino partibus, quoconq; singulæ morbo affectæ fuerint, strenuè ac cerrò opitulentur. Falsè quoq; dixit Paracelsus Elephantiasim cum suis specieb. neminem curare posse arte, sed sola potestate diuina tolli. Falsè discipuli scribunt, tincturas illiusmodi (quarum potestate vniuersales curationes perficiantur) in maiestate late-re, dispensationibus mundanis subiectas non esse, pau-

*Deliramenta
Paracelsicoru*

cissimisque cognitas videri. Verè paucis cognitum est,
quod scitum nulli vñquam fuit. Quomodo enim natu-
rævi & potestate, seu artis opera & beneficio à quoquā
inueniatur, quod mundanæ dispensationi subiectum
non est? Quis ergo Paracelsum docuit alias, quām ma-
gister eius diabolus? At hunc nos Dei prouidētia ac cle-
mentia cognouimus ab initio mendacem & homici-
dam fuisse. Vclim egregios hosce Nouatores (si dījs plar-
Nullius morbi
ortus impediri
potest.
cer) mihi declarare, quomodo morbi scientia infallibili
hac prædicti, vt quo tempore, per quas vias, quo habitu,
colore, vestitu, sapore, qualitatibus alijs ornati, in sce-
nam mundanam procedere debeant, præclarissimè no-
rint, & potestate insuper donati comites & materias si-
bi conuenientes ascendi, comœdiam pro sua natura
& tempore peragēdi, ea peracta ad abyssum hospitium
que solitum reuertendi, à pharmacis impediri, expelli,
deleri affuerent? Si enim horam scientia non fallit, &
à natura corporis præpediri nequit, ne à pharmacis
quidem impedietur. Iam enim ostensum est, pharmaca-
res mortuas & naturę instrumenta solum esse. Quocir-
ca non præstant ipsa natura amplius. Ergo fateri opor-
tet, morbos omnes incurabiles esse, atque curationem
frustrà omnem tentari. Quod enim natura impedit
aut tollere nequit, hoc instrumenta eius nūquam au-
ferent. Si verò cum instrumentis natura morbos excin-
dere valet, falsum illud primum est, naturam ignauam
spectatricem esse. Deinde illud etiam, remediorū scien-
tiam infallibilem esse. Quod enim præpediri, debilita-
ri, abstergi, separari, excindi, extingui potest, infallibili
scientia præditum non est. Quare quoconque vertant
Paracelsi sem-
per mendaces.
omnia sua semper mendaces deprehendentur. Obser-
vandum hīc obiter est, quòd Paracelsus rediuiuus scri-
psit ex Orco, Epilepsiam confirmatam vniuersali dun-
taxat curatione pelli. At hæc non est cognita (vt ipse
met

met affirmat.) Quocirca confitetur hic nouus Paracelsus, Magistrum suum non percurauisse. Sed redeo.

Suprà dixi, inscitissimè illos loqui & facere, qui curationem confinxerunt, quæ indiuiduorum infinite re-

lata ad simplicitatem, unitatem, potestatem generum & specierum ascendet, remediorumque particularium

vires deponat ac destriat. Si cognouissent inepti ho-

mines, quæ sit generum vel specierum simplicitas & v-

nitas, nunquam adeò foedè à veritatis via deflexissent,

Quomodo namq; curabunt, vt simplex & vnum, quod

nusquam reperitur, quām in Indiuiduis, proq; eorun-

dem varietate infinitè variat? Si ergo simplex morbus

in rerum natura nec est, nec fuit, nec erit, qua ratione

haec tenus desipiunt, vt ei, quod nusquam substitut, reme-

dium quærant? Sic faciunt, ac si animal tollere è medio

possint, incolumibus remanentibus indiuiduis. Quæ

potest esse generum & specierum in rerum na-

tura non extantium, sed simulachra tantum animi no-

stri sive *voynatura* intellectioni repræsentando & signifi-

cando solummodo seruentia existentium? Dico tibi sic sunt reme-

dia generalia, remedium sic commune inueniri, quomodo morbus

inuenitur generalis seu communis. At nullus actu & re quomodo mor-

bi sunt gene-

rales.

vera morbus est præter singulares & indiuiduos. Quo-

circa ne remedia quidem alia fuerint. Sicut genera &

species morborum sunt animi notiones, ita etiam phar-

macorum species, genera, cōmunitates, ponendæ sunt

aliud nihil esse. FVR. De hac resæpius iam actum est:

ad remedia quid dicis? ERA. Vnum me addere insuper

oportet. Si homo in se omnia sic comprehendit, quo-

modo mundus in se habet, atque in mundo maiore e-

lementa eorumq; fructus & morbi distincti sunt, in ho-

mine quoq; distinctos esse morbos cōuenit vnà cū suis

locis & elementis. Quod si iam verè dicit Paracelsus, re-

cteq; probat discipuli, remedia cuiusq; morbi ex illo ele-

mento desumi oportere, cuius ipse fructus sit, necessarium est, vt antimonium, aurum, electrum, &c. ex omnibus elementis conflata, non ex solo aquæ elemēto concreta ponantur. Epilepticos ideo curandos afferit metallicis, quia elemēto aquæ, ex qua genita statuit metallum subiectiatur Comitialis morbus. Quare si morbi sunt ignei, solis igneis, si terrei, tantum terreis, si aerei, solummodo aeris, si aquei, aqueis duntaxat fugari poterunt, ex hypothesi Paracelsi. Sanè in libro, quem de Com. ex ore ipurcissimo euomuit, pugnaciter initio contendit, sic remedia mutanda, vt iam dixi: nisi oleum & operam perdere velimus. Quod contrarium ipse mox in remediorum enumeratione facit, ideo facit, vt sui similis vbiq; permaneat. Hoc nobis sufficit monstrare, ex hypothesi eius tantum abesse ut remedium commune cunctis morbis detur, vt ne comitialis quidem species, quas ponit, uno omnes medicamine tolli valeant. Si aliquod repertum aferant, illud quoq; largiantur, oportet, non vnius elementi, sed omnium fructum esse: quod corum doctrinæ non minus quam prædicta aduersatur. Quod nuper dictæ hypothesi repugnet, manifestum est. Quod nullam rem aliam extra hominem affirmit ex omnibus mundi partib. constare, tota eorum doctrina ad fastidium vsq; percrepat. Quod metallica vni elemento aquæ accenseant, tam est tritum in ipsorum libris, vt iam sit detritum & euanidum. Quomodo ergo vel aurum, vel electrum, vel antimonium, morbos igneos, arios, terreos iuuabit? Sequitur hoc etiam ex infauissimorum nouatorum doctrina, remedium, quo vniuersi morbi profligari aiunt, totius mundi vitia corrigeret & extirpare. Si enim eosdem patitur morbos homo, quia mundus est parvus, quibus afficitur mundus Magnus, elelmenta, plantæ, lapides, bruta omnia, cunctis vtiq; necesse fariò medebitur admirabile hoc pharmacum: radices ma-

*Remedium uniuersasetotius
orbis uitia ex-*

purgat.

malas à bonis separabit, elementa, & ex eis prognata purificabit: mundum denique totum ab omni labe repurgabit, ac talem nobis reddet, quaem ab initio creationis, priusquam homo prævaricatus fuisset, extitisse legimus. Ex hoc fundamento sanè stimmi seu antimonium morbos quosvis pellere aiunt, quia metalla omnia repurget. Quæ cōsecutio quām sit digna Paracelsorum logica, omnibus iam patēre arbitror. Ex eodem firmamento conficitur, lapidem illum mirificum in aurum uertere omnia alia metalla, eradere omnes ex hominū, brutorum, plantarum corporibus languores & vitia. Quis non lātetur ab istis hominib. aureum nobis poetarum seculū reuocari? imò reportatū iam esse? Quem portentosa mendacia delectant, ad Paracelsicos accurrit. Non solum, sat scio, quantum concupierit, inueniet, sed plura etiā & prodigiosiora, quām imaginari potuerit, reperiet. FVR. Tamen multos epilepticos curare feruntur. ER. Quis eis testimonium huius rei præbet? Num tu à fide digno audisti aliquem adulterum, qui alii quot paroxysmos persenscrit, ab eis percuratum?

FVR. Non. Sed in eorum libris frequenter occurunt narrationes & gloriationes eiuscmodi. ER. Quasi verò illos mētiri pudeat, qui se lapidem illum Fatuorum inuenisse iactant: qui hominum vitam ad sexcentesimum, millesimum, imò ad finem usq; mundi producturos scriptitant: qui animalia occisa reuocare ad vitam se posse profitentur: qui artē se tenere homines in vasis destillatorijs & fornaculis suis absq; maris & foeminæ coniunctione fingendi & fabricandi assuerat: qui media hyeme in vitris omnes herbas & flores procreaturos promittunt: qui sanguinem se extra venas absq; corrupzione ad mundi durationem usq; seruaturos, polluentur: qui metalla & ligna in veram calcem verosque cineres ignis vi redacta restituendi modū tradunt: qui

An epilepti-
cos curent Pa-
racelsici.

Mēdacia quæ-
dam illustria
Paracelsicoru-

splenem, renes, vesicā fellis, vsum in corpore adeò nullum habere aiunt, vt melius absq; cis viuere animal possit, toties scribere nō verentur: qui febres per vomitum reiectas extra corpus rigere intuiti sunt: qui monstralia nullis vñquam temporibus audita, visa, credita, proveris & probatis referunt: qui Cabalæ & adeptæ philosophiæ auxilio (id est, Magiæ seu Cacodæmonis ope) x. gros se curasse, remedia inuenisse, miracula edidisse, facrilegè mētiuntur: qui omnes omniū ætatum eruditos medicos & philosophos infantes & pucros pronūciant, se autē solos & primos veritatem plenè peruidisse persuadere nobis satagunt: qui bonis artib. è medio sublati sua mendacia pestilentissima obtrudere cunctis co-nantur: qui ex incorporeis naturaliter corpora fieri, & rursus in incorporeas substancialias resoluti blaterāt, scribunt, assuerant, pugnaciter cōtendunt. An tales tu veri aliquid voluntate & studio scribere aut dicere putas? Equidē ex antē disputatis liquet, impossibile esse, vt epilepticum aliquem arte curauerit, qui nec vnde ordinandum, nec qua progrediendum, nec ubi desinendū sit, norunt. Ausus est ex pestilente hac secta nefario ausu quidam semel exhibere drachmā integrā Elaterij. Alij remedijs alijs, Turpeto minerali, Solis puluere, & nescio quib. alijs venenatis remedijs, sub alienis nominibus teatis, & notorum pharmacorū permisitione absconditis sic contrucidant homines, quomodo lanj pecudes interficiunt. Si aliquis hisce curantib. ab epilepsia liberatus est, casu factū fuit. Certū namq; est, plurimos infantes, pauciores puerperas & grauidas, nonnullos etiam pueros & puellas, post aliquot paroxysmos nullis adhibitis remedijs sanatos sponte fuisse. Quippe materia evenenata cōsumpta, cū in corpore pars nulla similem gineret, non rediſt morbus. In tales, si casu aliquo incidit Paracelsicus, morbus sua opera depulsum iactat, qui iam extin-

Paracelsici cu-
iusdam nefar-
rius ausus.

extinctus fuerat. Quanquam hoc etiam soliti sint face-
remendacissimi homines, vt nimis epilepsia inter-
na laborare vociferetur, qui quousq; hoc malo af-
fligitur. Quinimò s?pissimè, vbi nulla est, eam suis exi-
tiosis remedij concitant. Pro exemplo illud adducam,
de quo clariss. virtute & doctrina vir D. Iohann. Crato,
Caf. Maiest. Archiater &c. ad me his verbis scripsit.
Di exxv. Maij, anno 1570. cùm Pragæ in cubiculo Cæs. Historia de cu-
conuenissent medici, videlicet D. Iulius Alexandrinus, ratione Parac.
Ego, & Nicolaus Biesius, accessit nos generofus Baro,
D. Bertholdus à Leippa, Marschalcus regni Bohem. Cæs.
Maiest. Consiliarius & Camerarius: ac, cùm de medicis
sermo esset, aiebat Paracelsum, cùm primū de illo esset
perulgatum, posse ipsum curare podagricos, à parente
suo D. Iohan. à Leippa, Marschalco regni Bohemiæ, ma-
ximis sumptibus ex Heluetia euocatum. Laborauisse
autem D. Iohannem per interualla: neque vnquam diu
lecto affixum fuisse. Hæsiisse verò Paracelsum ferè per
biennium Cromauia, & varia medicamina adhibuisse:
ac parentem suum planè arthriticum reddidisse. D. Ber-
tholdū etiam, cui leuiter oculus affectus fuerat ita cu-
ranisse, vt ne nunc quidem eo oculo videat. Accersitum
tunc ad nobilem in primis foeminam, coniugem D. Ba-
ronis Iohannis à Zerotin, filiā generosi D. à Bernstein:
quæ neque valde ægrotauit, cum ventris tormenta ha-
beret: necq; epileptica vnquam fuit. Huic verò cùm Pa-
racelsus quædam medicamenta dedisset, epilepsia cor-
reptam & supra viginti paroxysmos passam, eodem die
expirauisse. Paracelsū reuersum Cromauia conuasasse
quædam, & in Hungariam profugisse. Patri etiam non
multò p?st dolorib. summis confectū vitam cum mor-
te cōmutasse. Reliquisse aut̄ Paracelsum Cromauie ci-
stam librorū, quos partim secū attulerat, partim ebrinus
(nā tum maximè ipsum scriptitasse) dictauerat: eos dein

Fraus Paracel-
sicorum.

Quibus cū fo-
litus sit uiuere
Paracelsus.

Paracelsicorū
remediorū na-
tura.

ceps, cùm post oberrationē in Hungaria venisset Vienam, & istic de sua arte mirifica à sectatoribus apud D. Ferdinandum fuisse, iussu Regiæ maiest. &c. recuperauisse. Semper illi negotium fuisse cum Iudeis & vilissimis hominibus. Imperatorem verò, quē à maledicentia & falsitate alienissimū fuisse sciunt omnes boni, Paracelsum mendacissimum & impudentissimū impostorem, qui cum doctis hominibus nunquam conuersari voluerit, nominasse. Imperatorem bis illum accersiuifse, & cùm responderet se non velle cum Doctòrib. colloqui, Doctores sibi posse reseruare sua, se non cupere eos docere, nec ab eis discere, nunq̄ deinceps voluisse ad se admittere. Hæc non solū ego, verū etiam D. Iulius sāpe audiuit. Audiui etiam ab ijs, quibus in Pannonia & Austria notus fuit, perpaucos & nulos ferè curasse. Hæc Crato. FVR. Ex his & iam antè recensitis nullus adèd est incers, quin intelligat, qualis Paracelsum curator fuerit podagricorum & epilepticorum. In hoc excelluit, quod morbos leues & & facile sanabiles phar-macis suis graues atque omnino insanabiles nullo magno negotio reddidit. Venenata vis pharmacorum, quæ ex metallicis virtute ignis eliciunt, (de quorum viribus miraculosis tantoperè nunc etiam gloriantur discipuli, & instar reliquiarum atque thesauri occultant) propter violentiam in præsens aliquando visa est profuisse. At temporis progressu instar veneni canis rabiosi latenter humores infecit ac perdidit, vt nō multi frumentum ex curatione diuturnum percepérint. Hanc ob causam illud contigit, quod prius diximus, vt Basileæ ad vnum omnes intra anni spatium mortui sint, quicunq; chemica eius pharmaca ex metallicis confecta usurparunt, intraquæ corpus assumpserunt. Si plura cupis audire, legitio, quæ de præclaris horum carnificum curationibus nuper publicauit D. Bernhardus Dessenius, mul-

Cronenburgius Medicus Coloniensis clarissimus, multorumq; annorum vsu experientissimus. Narrat idem arrogantem quendā Paracelsicum Epilepsia laborantem cui dā interroganti cur nō scipsum curaret, si tam probata remedia possideret, respondisse, quia non cuperet liberari, ob id se nullis vti remedijs: quod ego incredibilum omnium maximē incredibile iudico. Cæterū, quia nimis diu in epilepsia consideratione immorati fuimus, tempestiu[m] fuerit, ad sequentes morbos trāsire. E R. Duæ causæ sunt prolixitatis. Vna, quòd Prolixitat[is] in hoc morbo, vt in alijs quibusdam cerebti affectibus cause. multa nondum satis explicata sunt. Placuit igitur feliciter, ingenj[us] ansam dare de his accuratius cogitandi: & quæ obscuritate inuoluta iacēt, in lucem protrahendi. Altera, quòd ita hic de sibi Paracelsici, vt vix alio in morbo absurdius delirarint. (quanquam vbique seipso superare velle conari videantur) Iam verò supra ex Galeno monui, non bene fieri posse, vt qui cum garrulis disputatione, non garruli fiant. In sequentib[us] breuiores erimus, atq; illa præcipue enodare conabimur, quæ vel Paracelsus vel eius discipuli periculosè nouare tentant. Hic enim multa diximus, quæ (quia dicēdis æquè conueniunt) si hic exposita non fuissent, declarare possent. F V R. De Elephantiasi consequētia nos oportuisset. E R. Elephantiasis vocatus est hic De Elephantiā, vt aliquid dicatur. Videtur eandem morbus ab antiquis propter magnitudinē potius, quam tiasī. aliam cum Elephante animali similitudinem, siue cūtis inæqualitatem atque asperitatem. Videtur eandem ob causam Leontiasis, itemque Herculeus appellatus: quod scilicet insuperabilis esset. Satyriasis nuncupantur, propter figurā faciei depravationem, quæ Satyros refert: vel certè ob id, quod hoc morbo infecti, ad libidinem instar Satyrorum, semper proni paratiq; perhibentur. Certè mirè libidinosos ac petulantes esse au-

Elephantē laborantes libidinosi.

diui, priusquam extremè laborarent. Causa huius accidentis ex natura morbi seu cause penderet: quæ ex omnium ferè medicorum sententia est humor melancholicus resiccatus, & velut in terram ac cinerem conuersus. Est autem corpora, in quibus talis succus ab:indat, flatibus referta, dubitatione caret. Nec minus certum est, statum, in quo acrimonia quædam est irritans & veluti titillans, tentiginem inducere. Verùm de causa impositionis nominis non est cur solliciti simus, quoties constat, quæ res eo significetur. Significat autem morbus, qui Arabibus Lepra vocatur. (Græcorum Lepra morbus Lepra Græco-
rum affectio
cutis.)

strates hoc vitio detētos à separatione, & quod in campis seu extra vrbes sua domicilia soliti sint habent enim Satyrs & Feldsiech. F V R. Quomodo Satyris similes affirmarunt, si nulli sunt in rerum natura? E R. Ego figmentum diaboli esse, quæ de satyris scripta legi, nihil dubito. Nec me mouet, quod monstralia huiuscmodi visa nonaunquam dicuntur. Quis enim credat speciem aliquam extare monstrorum, quæ aliquando apparuerunt? Ut reliqua taceam, repertum captumque scribitur satyris monstrum horribilissimum in ditione Archiepiscopi Salisburgensis: quod nemo sapiens iudicauit individuum certæ alicuius speciei animalium existere. Aliud enim est monstrum esse, & aliud rursus definitæ speciei individuum esse. Quare appariuisse aliquando Satyros hominibus non inficior. Nec dubito, quin Deos se esse mentita fuerint illiusmodi monstra. Sed quin dæmones fuerint, non animalia, & quæ persuasum habeo. Quocirca cùm in taliforma se Cacodæmones mortalibus ostentarent, qualem Elephantici quodammodo repræsentant, mirum non est, quod à Satyris denominati fuerint. Et cùm monstra illa distento cole, & ad libidinem parata se monstrarint,

Satyri nulli
sunt in rerum
natura.

Monstrum Sa-
lzburgense.

Ele-

Elephanticos autem simili quadam tentigine laborare
viderint, quid miri est, si eos Satyris propter faciei &
morum similitudinem similes iudicauerint? FVR. At-
tamen Plinius & Hieronymus animalia esse putarunt.
ERAS. In vitroque inuenimus, quæ fidem eorum su-
spectam nobis reddant. Quippe Plinius libro quinto,
capite octauo eos in Africa collocat: & præter figuram
nihil humani moris eos habere scribit. Mox libro se-
ptimo, capite secundo. Sunt & Satyri, inquit, Subso-
lanis Indorum montibus (Cartadulorum, alijs Corradu-
lorum regio dicitur) pernicissimum animal: tum qua-
drupedes tum rectè currentes humana effigie. Propter
velocitatem nisi senes aut ægri non capiuntur. Libro
octauo, capite quinquagesimo quarto, mitissimam sa-
tyris & Sphingibus naturam attribuit. Quomodo con-
ciliaturus hæc sis nescio. Hoc etenim probè scio, mul-
to esse hodie Lusitanis & Hispanis Indiam & Maurita-
niam sive Africam totam notiorem quam Romanis
villo vñquam tempore fuerint. Vix enim angulus est a-
liquis, quem non perlustrauerint, aut de quo non fama
cognoverint, quæ memorabilia sunt. Aut ergo interjet
hæc species, aut tam verum est hoc, quam alia plurima
à Plinio ex leuibus & incertissimæ fidei authoribus ex-
scripta. Nihil ambigo tam non esse satyros, quam non
extant sphyræs aut Chimæræ. Stulta in hac re Gentil-
itas pro Dijs aut semideis coluit hæc monstra: quæ ni-
hil sunt aliud, quam Cacodæmones diuinitatem men-
tientes. In eodem censu colloco Panas agrorum, Fau-
nos, Syluanosque nemorum ac syluarum, Nymphas
aquarum Deos creditos. Pomponius Mela vltra At-
lantem Mauritaniae montem scribit noctu lumina per-
sepe visa, & cymbalorum crepitus, ac fistularum can-
tos auditos: & pro constanti creditum, Faunos & sary-
tos ita ludere: certi tamen nihil affirmare potest.

*Plinius de Sa-
tyris.*

Quod ad Hieronym. attinet, legimus in Vitis Patrum,
quas tum ex Græcis conuertit, tum ex alijs collegit, si-
milem fabulam. Ut minus dubites, adscribam totam e-
ius de hac re dictiōnē ex vita Pauli Eremitæ: in qua de
Antonijs peregrinatione loquitur, his verbis. Interea
conspicatur, inquit, hominem equo mistum: cui opinio
Hippocentauri vocabulum indidit. Quo viso salutaris
impressione signi armat frontem: & heus Tyro, inquit,
quānam in parte Dei seruus hic habitat? At ille barba-
rum nescio quid infrendens & frangens potius verba,
quām proloquens, inter horrentia ora satis blandum
quæsiuit alloquium: & cum dextrę manus protensione
cupidum indicat iter: ac sic per patentes campos voli-
tando transmittens se in fugam ex oculis mirantis eu-

Hieron. dubi
tat, nū cremus
Hippocen.
ge
veret.

nuit. Verūm utrum Diabolus hoc ad terrendum cum
simulauerit, an, vt solet Erebus monstrosorum anima-
lium ferax, istam quoq; gignat bestiam, incertum habe-
mus. Stupens itaq; Antonius, & de eo, quod viderat, se-
cum voluens, ulterius progrediebatur. Nec mora, intek-
saxosam conuallem haud grandem homunculum vi-

Satyrus Anto-
nio uisus.

det ad uncis naribus, fronte cornubus asperata: cuius
extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat.
Ad hoc spectaculum Antonius scutum fidei, & loricam
spei bonus præliator arripuit: Nihilominus memora-
tum animal palmarū fructus eidem, ad viaticum quasi
pacis obsides, offerebat. Quo cognito gradum pressit
Antonius: & quis nam esset interrogans, hoc ab eo re-
sponsū accepit. Mortalis ego sum, & unus ex accolis
eremi, quos vario delusa errore gentilitas Faunos, & Sa-
tyros, & Incubos colit: legatione fungor gregis mei.
Precamur, vt pro nobis communem Dominum depre-
ceris: quē pro salute mundi olim venisse cognouimus.
Nam in uniuersam terram exiuit sonus eorum. Talia
eoloquente longeius viator ybertim lacrymis faciem.

rigabar: quas magnitudo lætitiae cordis indices effuderat. Gaudebat quippe de Christi gloria & interitu Satanæ: simulq; admirans quod eius posset intelligere sermonem, & baculum humo percutiens aiebat. Væ tibi Alexandria, quæ pro Deo portæta veneraris. Væ tibi ciuitas meretrix, in quam totius orbis Dæmonia confluerunt. Quid nunc dictura es? Bestiæ Christum loquuntur, & tu pro Deo portenta colis. Nec dum verba compleuerat, & quasi pennigerò volatu petulcum animal aufugit. Hoc ne cui ad credulitatem scrupulū moueat, sub rege Constantino vniuerso mundo teste defenditur. Nam ad Alexandriam istiusmodi homo viuus producens magnum populo spectaculum præbuit. Et postea ne cadauer exanime calore æstatis dissiparetur, sale infusum ad Antiochiam, vt ab Imperatore videretur, allatum est. Hæc Hieronymus. Quis non videt aut fabulosam esse totam hanc narrationem, aut cacadam ratiō fabulosa. ludibrium? Causa profectionis certè valde est ridicula. Conspectus Hippocentauri merum figmentum est, aut dæmonis illusio. Nec possum non admirari Hieronymum dubitantem, num Eremus Hippocentauros ferat: cum nullus vñquam homo intelligens fuisse videatur, qui dubitarit hac de re. Omnes enim fabulari de Hippocentauris Poeticam fictionem constanter affirmarunt. Cæterum sicut in rerum natura Hippocentaurus nunquam fuit, ita neq; Satyrus verus, qui scilicet animal esset tale, quale nobis Hieronymus cum pictoribus & poetis fingit, (simias quasdam vocari Satyros, & Sphinges, & Cynocephalos, non nescio. At nos de talibus, qui cum descripto satyro nullam similitudinem habēt, nunc non agimus) repertus est vlo tēpore. Siquid visum tale fuit, aut spectrum aut mostrum fuit, ex supra monui. Dæmones in hac figura ostentasse se antiquis (sicut in forma Hippocentauri Antonio scri-

bitur apparuisse, atq; Faunos, Panas, Silenos, Nymphas, &cæt. saepe mentiti feruntur) vel ex eo liqueat, quod ad cultum sui homines inuitarunt. Huc illud etiam pertinet, quod Faunos, Satyros, Incubos, in eodem ordine ac censu locat: & se ex illorum esse genere asserit. Nullus, puto, Faunos & Incubos animalia putauit, aut Dæmones esse negauit. Item quod lingua locutus est, quam intelligeret Antonius. Nisi diuinitus edictum opinemur, diabolum certè fuisse vel ex hoc perspicimus. Antonius bestiam nominat. Bestiarum autem non est loqui, quod ratione præditorum est proprium animantium. Ego Diaboli spectrum non minus fuisse, quam Hippocentaurum, qui paulo prius se conspiciendū obtulerat, ex hoc etiam mihi persuadeo, quod instillare impiam Antonio tentauit opinionem de saluandis bestijs. Similem insurrauit impietatem Paracelso, quem in prima parte disputationum nostrarum dubitanis ostendimus, vtrum morte sua Christus nobis salutem pepererit, an illiusmodi monstris, diabolicis. Non pro his, sed pro hominibus mortuus est Christus. Ab Adamo nati sunt, qui & peccarunt, & morte Christi redempti sunt. Si satyros itidem originem hinc traxisse contendas, monstra fuisse fatendum est: & quidcm talia, qualia moris humani nihil habuerint. Nam quod hominis figuram, sicut Plinius credidit, habere dicuntur, falsum est, si rectè pinguntur. Similæ proprius accedunt ad formam hominis quam satyri, qui capras potius refunt. Cæterum monstrorum speciem non datur, ab Adamo non progenitum asseras, cum Paracelso hoc

Christus nō reddidit morte sua bestias.

Satyri nomina itidem affirmante insanies. Comites Bacchi seu Diota sunt comites Bacchi. συγχρότητας, οἱ ὅπερι εἰναὶ τίτανοι ἀρμένοι. Siue homines fuisse hos Bacchi socios, qui satyrorum perio-

personam induerint, siue Dæmones ei seruiuisse tali forma & habitu opinemur, perinde fuerit. Diabolum enim commentum fuisse nihilominus intelligetur. Sanè ex veteribus quidam Tityros Deorum, hoc est, dæmonum administros arbitrati sunt, ut refert Cælius. FVRN. At Hieronymus homines credidit. Quippe hominem talem viuum Alexandriæ ad spectaculum productum ait, eundemque mortuum sale infuso Antiochiam ad Imperatorem perlatum fuisse. ERA. Si homo fuit, ab homine & ex homine natum oportuit. Mitum ergo est, quod de parentibus eius nemini quidquam constitit: nec quomodo in solitudinem peruenit sciri ab aliquo potuit. Mirabilius, quod nec antè nec post aliquis captus sit. Mirabilissimum, quod Historici adeò rari spectaculi mentionem nullam fecerint. Sed si quid tale factum est, monstrum fuit, quale in solitudine seu sylvis Salisburgensibus captum præcedentibus annis diximus. Monstra humana non multiplicari, ut cōstituant speciem certissimum est. Non enim monstraria amplius forent. Si vera ponatur narratio, plus fidei tribuendum fuerit Antonio bestiam vocanti, quam Hieronymo hominem appellanti. FVRN. Legimus apud Plutarchum, satyrum in Thessaliæ campo quodam dormientem captum ad Syllam in Italiam redeuntem adductum fuisse. Legi etiam in Collectaneis Manili, Regem Hispaniæ Philippum duos satyros habuisse. Quocirca non videtur nihil esse, quod Hieronymus putauit. ER. Plutarchus nihil affirmat, sed ferunt ait. Mox dimissum à Sylla, cum horrificam eius vocem auditisset. Si quid fuit, spectrū diaboli se in satyrum transformantis extitit. Nec Syllæ tantum, sed etiam alijs omnis generis spectra frequenter apparuisse scimus. De Hispanicis incerta primū sunt omnia. Deinde nō scribuntur satyros eos fuisse, sed hominis figurant aliquid re-

*Satyri nō sunt
homines.*

*Satyrus ad Syl-
lam perductus.*

*Satyri His-
panici.*

ferentes pilosas bestias. Quod si monstra non fuerunt, diaboli certè fuerunt: quod Manlius D. Philippum Melanchthonem, quem authorem eius narrationis facit, etiam indicauisse payiter scribit. Venit in mentem locus apud Esaiam in fine capit. 13. vbi de ruina & vastatione urbis Babylonie vaticinatur. Ibi enim multi interpres vocem quandam Hebraicam conuertentes interpretantur Satyros, cùm alijs pro Satyris reponat dæmones. Certum est Prophetam intellexisse dæmones in ruinis illis saltaturos, siue in Satyrorum, siue in aliorum monstrorum forma sese ostentarent. Summatim dicam, nihil de Satyris verè scriptum esse, quod non dæmones fuisse proberet. Nam quæ Philostratus in vita Apollonij tradidit, & Albertus Magnus hac de re prodidit, æquè digna sunt fide. Si tamen alicui libet Satyrum & Sphynga Simiarum genera ponere, cum eo non disceptabimus nos hoc loco, quibus sermo est de Satyris alijs. Quippe nec Hieronymus, nec medici, nec qui Satyros semideos vocant, de simiarum specie intelligi volunt. FVRN. Nimis longè à proposito recessimus: ad quod reuerti nos decet. E.R. Satyris similes dicimus Elephanticos, propter nasum aduncum, & depresso, labra crassa & tumida, aures extenuatas & acuminatas, mentum dilatatum, malas cù rubore sublatas, frontē velut cornua habentē: & omnino propter foedum & terribilem aspectum, quali Satyri pinguntur fuisse. Quanquam magis ab alacritate ad libidinem nō inditum existimem. Procaces enim esse diximus. FVR. Quid ergo est Elephantiasis? E.R. Est morbus totū corpus, maximè autem faciem deturpans, eamq; pictis Satyris similem efficiens, contagiosus, usq; adeò foedus, ut colaborantes è consortio aliorum hominum ejciantur. Vno me verbo si vis dicere, est Latinorum atque Arabum lepra. FVR. Quid igitur Elephantem vocariat non-

*Car Elephan-
tici Satyris cō-
parentur.*

*Elephantiasis
notatio.*

bonnulli Arabes? ERA. Tumorem quendam pedum à varicibus ferè ortum: de quo hīc agere non est decre-
tum. FVR. Lepra Græcorum igitur à Lepra Arabum
differt plurimū. ERA. Sic est. Attamen non codem
omnes nomine morbos eosdem nominant. FVR. No-
minis descriptionem audiui, rei definitionem nōdum
intellexi. ER. Est intemperies quædam iecinoris & ve-
narum sicca, & nonnihil calida, per quam humor me-
lancholicus qualitate quadam maligna præditus vltra
modum augetur, paulatimque omnes corporis partes
occupat. FVR. Video alios tumore genarum, frontis
asperitate, labiorum crassitudine, menti dilatatione, na-
turali compressione, narium vlceratione, oculorum rotun-
ditate, ciliorum & superciliorum amissione, auricula-
rum contractione, vocis raucedine, odore graui, cutis
tuberibus & inæqualitate, vlceribus extermorū artuum,
supore quarundam cutis partium, definire. ERA. Hi
symptomata recitant, morbum prædictorum sympto-
matum causam non dicunt. Illa enim affectio propriè
dicitur Elephantiasis, quæ causa est, vt commemorata
accidentia pronascantur. Constat porrò ex omnium e-
ruditorum sententia seculorumq; omnium experien-
tia, cuncta iam recitata symptomata ab humore melan-
cholico quandam venenositatē adepto effici. Con-
flat non minus, nullum vñquā verè elephanticum fui-
se, in quo non redundaret iam dictus succus. Certissima
notiora redundantis in corpore succi, est color cutis: quo-
ties in cute efflorescit, nō in profundo corporis abscon-
ditus later humor peccans. At in elephantis omnibus
apparet fuscus & obscurus color, in rubro nigricās: hoc
est rubet cutis, præsertim faciei, sed ita rubet, vt liuescat
seu ad atrum vergat. Hunc in cute colorem fuscitare
humor nullus aliud potest, quām atrabilis seu [me-
]lancholicus. Quamobrē affectio hunc succum in cor-

*Elephantiasis
definitio.*

*Nota redun-
dantis in cor-
pore succi.*

**Generatio e-
lephantis.**

pore generans, causa vera putanda est consequentium symptomatum. Cùm enim copiosior, quàm pro natu- rā modo in venis colligitur, ad exteriōres partes cum sanguine mistus propellitur. Hic cùm neq; in substantiam membrorum instar probi sanguinis conuerti, ne que per insensibilem transpirationem vacuari possit, sub cute retentus paulatim exficcatur amplius, & veluti nodos & tubera sub ea procreat, asperamque reddit. Quòd si aliquā ob causam incalescat, vlcerationes inducit: si non tantū calefiat, nihilominus membra calorem extinguit, stuporemq; ingenerat. Nocet autem præcipuè faciei & extremitatibus membrorum: cuius non vñica tantū causa est. Primū enim videtur Na- tura hoc maximē initio morbi agere, vt vitiosum hu- morem ad ignobiliora membra deponat. Quocircā cùm hepar affectum hīc maximē sit, atque in facie na- turaliter magis efflorescat succus in hepate genitus, quàm in partibus alijs, hīc quoque facies citius & cui- dentius patitur membris alijs. Deinde cùm hæ partes cunctis fermē alijs sint imbecilliores, magis oportunæ sunt iniuriæ. Quippe viscerum morbi magna ex parte in extremis corporis partibus se primò produnt. Præ- terea videntur cutis meatus in his angustiores: saltem ob id, quod plus cæteris expositæ sunt acri. Quo sit, vt per eam crassi humores difficilius dissipentur & expur- gentur. Evidem quæ vestibus plerunq; rectæ sunt, li- cet grauem ex se halitum emittant, putridi & vitiosi hu- moris indicem, tardius tamen afficiuntur: partim quia laxiores habent meatus semper patētes, partim quia fa- cilius à se noxiā remouent. Morbo iam aucto, omnes si- mul corporis partes lēduntur: vt non malè tunc cancer vniuersalis appellatus fuerit. Idem enim propemodum humor hic peccat in toto corpore (licet in alijs plus ob- lit, in alijs minus noceat) qui cancrū particularem pa- ricē.

**Cancer uni-
uersalis quan-
do dicitur ele-
phantias.**

tere solet, FVR. Si melancholicus succus causa esset prædictorum symptomatum, longè plures inuenirentur elephætici. Quam multi enim vbiq; sunt melancholi, ab omnielephantiasis suspicione immunes? E R. Nō quæuis collectio huius humoris efficit elephantiasim. Nisi enim iecur vna cum venis sic intemperata fuet, vt chyli partem maximam conuertant in istiusmodi succū, elephantiasis non erit. Deinde certa quadam malignitate seu venenositate imbui cum oportet. Etenim si in vna aliqua vel pluribus partib. colligatur, hepatis natura & temperie naturali non omnino deperditæ, morbi alij melancholici generabūtur. Semper enim conabitur natura inutilem sanguinē vacuare, utli pro nutritione retento. Quare certæ solūm partes afficiuntur, nō simul omnes laborabunt. Mutata quoq; iecino-ris temperie, necesse nō est elephantiasim omnino na-isci, nisi certa qualitate praua insignitum succum pro-creat. Nam in hoc malo vistus est sanguis sive permista ei melancholia, calorē quendam obtinēs, & velut in a-tenam exsiccata. Quæ res præcipue cutē inæqualem & tuberibus sub ea latentib. deformem reddit: ac tandem calore maiore cōcepto exulcerat. Quod sine calore he-patis nō temerè generetur, illud indicio nobis est, quod in senectute calore eius diminuto, & pituita aucta nun-quam generatur: nisi iam ante radices defigere cœperit.

FVR. Non bene ergo docti sumus, lienem obstrūctum *Quomodo*
aut aliter debilitatū gignere elephantiasim, quatenus *lienis obstru-*
sanguinē nō purgat à succo melancholico. E R. Falleris. *ctio elephan-*
sæpe namq; lien ob iam dictas causas occasionē huic *tem pariat.*
morbo dedit. Dum sanguinis fæcē non attraxit, paula-tim aucta fuit præter modum; vt non tantū sanguinem
contaminarit, verum etiam iecur intemperatū reddide-rit. Hoc ergo sentiūt medici, cū lienis debilitatē causam
elephætiasis faciunt, nēpe iecur primò nō fuisse affectū,

sed consensu lienis laborare cœpisse: quomodo in hydrope iecur necessariò affectum dicimus, tametsi principium mali non in seipso semper habeat, sed aliarum partium morbis lœdatur. Considera ipse tu, an totius corporis sanguis possit vitiosus esse iecinore secundū naturam habente? Sanè ratio certissima nos docuit, fieri nō posse, vt corporis vniuersi partes simul omnes eodem mali genere conflictētur, nisi principium laboret. Sanguinis porrò principium i ecur esse confessum est. FVR, Imò venæ instrumenta sunt generationis sanguinis, non hepatis caro: sicut plerisq; visum fuit. ER. Vtrum dicas, nostra hoc in loco nihil interest. Perhe-

Hepatis nominis quid intellegendum. quam παρεγχυμα vocarūt, sed venas quoq; per eam dispersas: in quibus chylum in sanguinem transmutari certo est certius. Ut ergo non sit caro illa præcipuum huius mutationis instrumentum, sine ea tamen perfici atque elaborari nequit. Hoc certum est euidentia testificante experientiaq; probante, tam non generati perfictum sanguinē in venis sine opera παρεγχυματο. si ue carnis iecinoris, quam nō gignitur in eisdem vel lac in mammillis seu vberib. absq; horum carne, vel semen in testibus non concurrentib. testium glandulis. FVR. Cur autem non possit propter lienis cessationem sanguis tandem vniuersus effici melancholicus? Certè in Regio morbo cessante actione vesicæ fellis repleti sanguinē flaua bile cernimus. Cur non melancholico succo propter similē causam repleti venas oporteat, nondum videre possum. E R. Augeri hunc in venis succum prorsus est necessarium, quoties à licene non attrahitur. At elephantiasim ob id enasci non est necessarium, hec pate nihil dum perpresso. Multum enim boni sanguinis interim generabitur, quo partes principales nutriētur. illo ad partes ignobiliores depulso: vt in istero vsu ve-

Hepatis temperatura non mutata, non generatur elephantas. nire.

nire videmus. Tunc enim hic morbus oritur, cū membra sanguine bono destituta vitioso necessariò aluntur: quod sine morbo iecinoris non contingit. Cūm enim fieri non possit: vt sanguis prauus generetur continuè, alimentis bonis ingestis, nīsi hepar contra naturam affectum sit, manifestissimè patet, morbum hunc iecinoris affectum existere. F V R. Non satis intelligo, quid veris. ER A. Exponam tibi exemplo, vt planius intelligas. In Gallica vocata scabie sāpe vidisti in pluribus corporis partibus foeda vlcera pullulare. Interim partes alias ab illis sordibus liberas simul es cōspicatus. Et hos purgato prius corpore persanari animaduertisti vel potu decocti Guaiaci (aut consimili alio) vel inunctione ex hydrargyro, vel suffumigio. (Percuraui ego non vnum solūm crebrò repetitis purgationibus sine vllis alijs remedijs.) In his omnibus nullus dubitat magnam maligni humoris copiam colligi. Nec dubitat quisquam intelligens, quin bona, imò maxima eius pars in hepate coaceruetur. (Quomodo enim tam multè simul partes contaminarentur, ipso in fonte sanguinis vitio nullo reporto?) Attamen vitium hoc nondum sic est impressum hepati ac venis, vt non probū generent sanguinem, impuro illo subtracto seu euacuato. Quippe hoc vel per sudores vel alia via exturbato, laudabilē mox procreat hepar sanguinem, recteq; partes nutriūtur. Hoc autem fieri non posset, si praua & adulterina intemperie, confirmata siue hecūca infectum fuisse. Corruptus ergo prius sanguis fuit, propter contactum & permissionem inquinati sanguinis in venis tum heparis tum aliarum partium contenti: non propter heparis insitam seu infixam temperiem. Argumento illud est, quod interim boni sanguinis multum generatum est: quodq; natura unicè studuit noxiūm è visceribus ad artus & cutem expellere. Nec mirum sit, si & is, qui ad affecta loca con-

*Scabies Galli
ca.*

fluxit, à contentis ibidem succis malis cōtaminatus dicitur: quod in scabie contingere cernimus. FVR. At relinquitur crebrò vestigium aliquod mali. ER. Hoc inde accedit, q̄ malus succus nō est exquisitè vacuatus. In ea igitur parte, in qua relictum eius aliquid fuit, aut intemperiem quandā instar eatum, quæ Leuce alba nigrāue laborant, retinuit, signa quædam mali remanent. Sed in hepate nihil eius superest. Non enim vñica aliqua corporis particula duntaxat laboraret sanguinis fonte affecto, sed vel omnes vel plurimæ: nisi fortè putas quicqd mali generatum in hepate sit, ad vnam confluere partculam, reliquas non attingere. FVR. Cur ergo Gallicus morbus aliquando post trigesimū demum annū à curatione redijt? Deinde cur non codē modo curatur incipiens adhuc elephātiasis: quam ego s̄æpe audiui Gallico morbo affinem esse? Quinimò ex elelphantorum sanguine vino admisto, alijsq; rebus additis, natus per-

Origo morbi hibetur. ER. Qui diligētius ista perscrutati sunt, importat Gallici que tatum ex nuper repertis terris asseuerant: & quòd tu apud fuerit apud fabulosum esse, affirmatè asserunt. Ideo autē ægrius cu-

nos. ratur, quia ab humore crassiore & sicciori pendet. Sane cancer incurabilis est, quemadmodum & Scirrhus ab humore melancholico suscitatus: tametsi omnilabe caret hepar. Nec alia causa est, quām quòd hic humor adeò rebellis est & contumax, vt quas partes semel occupauit, ab eis auelli separariq; amplius vix vñquā possit: nisi vñā cum ipsis excindatur. Gallica verò scabies ob id recurrit aliquando, quòd venenati humoris particula in sanguine relicta corpore iam debilitato paulatim ad hepar rursus proserpit, eoq; vitiato prius ma-

Species ele- phātiasis quot audire ex te modò velim, quot propositi morbi species & que sint. statuas? ERA. Vnicam Græci faciunt: Arabum opinio quatuor ponentium insulsa est. Etenim intemperies hepæ,

hepatis sicca cum calore aliquo pro sanguine atram bitem generans, sicut in hydrope pro sanguine aqua parvica est, sola maioris ac minoris ratione differens. Generat ergo pro bono & laudabili sanguine atram bitem (quam diximus causam esse symptomatum foris apparentium) nunc biliosiorem, alias pituitosiorem, nonnunquam sanguini magis quam modo dictis humoribus admistam: semper tamen reliquos humores copia superantem. Quocirca non pugnant authorum sententiae cum modo atram bitem, mox flauam vstam, aliquando sanguinem assatum, interdum falsam nitrosum. Quippe istiusmodi humores cum melancholia famue pituitam praesentis morbi causam esse dicunt. Sic enim intelligi & exponi debent, sicut paulo ante diximus. Quippe istiusmodi humores cum melancholia copiosiore permisi, priusquam hepatis temperies mutata sit, causa huius mali existunt. Cum primum vero iecinoris naturam huc deduxerunt, ut pro bono sanguine talem procreet succum, non causa est elephan- tiasis morbi amplius hoc modo generatus humor: sed iusdē proles & effectus: nisi forte libet alicui elephantiasin nominare, non hepatis affectum, sed in cute aparentia symptomata. Recte igitur Galenus docuit, ac res ipsa comprobat, à cibis crassis, calidis, melancholicis, carnibus sale aut fumo exsiccatis, aromatum multitudine, alimentorum aliorum calidiorum vsu frequiore (praesertim aestate aut locis calidis) hunc morbum suscitari. Italia (Plinio & Celso testibus) tardè eum vidit. Magni Pompeij tempore primū conspectus ei scribitur. Propter vicitus rationem & aeris calorem frequens olim fuit in Aegypto, rarus in Germania & frigidis regionibus. At propter mutatam vicitus rationem, insiti caloris copiam (praesertim hepate calidore existente) & assiduam generosorum vinorum ingurgitationem nunc crebro admodum apud nos visitat.

Humor melan-
cholicus causa
& effectus est
elephantis,

Cibi elephan-
tiasim proge-
nerantes.

FVR. De qua re nomen enuncietur audiui: quæ morbi huius essentia sit cognoui: quæ pars affecta sit, siue primo siue secundo sit læsa, didici: quæ causa symptomatum in sensus cadetum sit pariter perspexi. Facile quoque ex dictis comprehendendi generationis modū. Quippe humor melancholicus, siue ob depravatā vīctus rationē generatus sit, siue propter lienis obstructionem debilitatemū non fuerit ex sanguine ac iecinore attritus, siue propter animi affectus aut alia occasione pūtetur coaceruatus, si certa de causa (quæcunque ea sit) non vacuetur, sed sanguini permistus longiore tempore in vasis ac hepate calidioribus hæreat, sensim aduratur, crassior & siccior redditur: & pro qualitate ac natura sua iecur atq; venas alterat ac mutat. Quod dum fit, generari seu fieri, siue in dispositione adhuc esse dicitur. Cùm verò hepatis temperamentum mutatum & fixum est, necessarium est, vt deinceps talis sanguis generetur, qualem iecur male temperatū gignere aptum est. Quo tempore factus iam morbus & confirmatus dicitur. Quòd si quis hepar nactus sit ad huius succi generationem procliue, & accedat ratio vīctus similis, ac deniq; lien non promptè ad se genitam fæcem ex hepate attrahat, is facilimè elephanticus fiet. Difficilius corripetur, in quo minora hæc sunt. Difficilimè, in quo prædictorum nihil inuenitur. Plurimum verò adiuuant aeris constitutio calida & siccata: & quæ alia corpus calcare ac siccare solent: maximè omnium (vt Arabibus visum est) si quis fluentibus adhuc mensibus conceptus in utero fuerit. Quæ res mouere debet coniugatos, vt illo tempore diligenter abstineant à consuetudine vxorum. Fortassis ob hanc etiam causam Iudeis interdixit Deus contactum vxorum, priusquam à mensibus absolutæ ac repurgatæ fuissent. ERA. Rectè percepisti mentem meam. Dum adhuc sit elephantiasis, hoc est,

**Elephas siens
quādo dicatur
& quando fa-
etus iudicetur.**

**Qui facile &
qui difficilè e-
lephantici fiant.**

**Preceptum
medicum.**

dum hepaticus alteratur, nec dum alteratum est, sed multum adhuc probi sanguinis procreat, obscura sunt eius indicia. Cum primum autem causa & fons sanguinis corruptus est, signa eius manifesta sunt adeo, ut nullum serè idiotam lateant. FVRN. Incidit modò scrupulus, *Vtrum Lepra* *Mosis idem sit* *morbus cum* *elephante.*
 quem mihi eximi cupio. Si ea est origo & causa præsen-
 tis morbi, quam cum omnib. medicis tu recipis, quo-
 modo aliqui, imò pleriq; affirmant, Lepram Iudæorum
 de qua Moses Leuit. 13. præcepit, eandem esse cum ele-
 phantias? argumento nimitti eo permoti, quod ab ho-
 minum consuetudine tales iussit arceri. Evidem le-
 pra Mosaica non videtur vitium sanguinis aut iecino-
 ret, pellibus, stragulis, vestibus laneis & lineis, lapidibus,
 muris, parietibus alijs. Elephantias nec olim credita
 est in rebus talibus pullulare, nec hodie in istiusmodi
 quæritur. E R. Recte iudicas. Longè alia res fuit Lepra
 Mosis: quod præter dicta à te illud etiam probat, quod
 alba fuit plerunque Iudæorum lepra: cum elephantici
 curem habeant nigrum, aut in rubro nigricantem, & o-
 mnino fusco & obscuro colore turpem. Nigra lepra
 in capite & barba solummodo notatur apud Mosen: in
 caluitio etiam rufa: in alijs partibus alba. Quinim-
 ò maculas albas in cute efflorescentes, siquidem sub-
 obscuro esse, pro lepra non habuit Moses. Si quis ho-
 die morbus extat, qui cum ea comparari possit, vitiligi-
 nis ea fuerit species, quam λεπρα Græci medici voca-
 sunt. Si pilus, inquit Moses, in plaga siue macula in can-
 dorem versus fuerit, & macula humilior apparuerit
 cutere reliqua, lepra est. In nostra Leuce cutis pars alba
 pilos nutriti depressione cute reliqua non est, aut sal-
 tem non videtur esse: potius altior siue tumidior appa-
 ret aspicientibus. Quod facit, ut ne de hoc quidem mor-
 bo ausim dicere Mosen fuisse locutum. Adde quod

Lepra Iud. si-
milis Leuce
Græcorum.

Leuce nostra omnes totius corporis particulas à vertice vsq; ad plantas pedum nunquā comprehendit: quod de sua Moses affirmat. Cūm enim sit vitium virtutis af simulatricis, qui posset homo superstes & viribus integris, nō menses tantum multos, verum etiam annos, viuere, nutritione partium omnium corrupta? Evidem leprosos Mosis non legimus ægrotuisse defectis viribus. Vnum hoc eis mali aderat, quod ab omni coniitu hominum arcerentur. Quo argumento illud etiam probatur, hunc affectum plurimū differre ab elephantiasi, in qua sæpe partes aliquæ putrefactæ & emortuæ decidunt. Maius, imò inuidū illud est, quod contagiosa

Lepra Iudai-
canō erat con-
tagiosa.

non fuit lepra Mosæica. Quippe si quis toto corpore lepra opertus esset, vt cutis pars nulla colore nativo tincta cerneretur, mundus pronunciabatur, ciq; hominum consuetudine vti, sicut prius, licebat. Quod si particula aliqua cutis naturalem colorem recuperaret, continuò immundus iterum erat. Sic enim Moses ait. Et quo die conspecta fuerit in ea caro viua, immunda erit. Et contemplabitur Sacerdos carnem viuam, immundam de- reuersa iterum fuerit viua illa caro in candorem, mun- dam declarabit Sacerdos plagā illam: munda est. Aperte hic audis carnem, quæ in lepra vniuersali ad naturalem statum redijt, leprosum facere: & cū in cädorem seu lepram iterum versa fuerit, rursus iudicatur æger mun- dus esse. At quod plures elephaticus partes habet sanas, tantò leuius censetur habere: præsertim vero spes ma- gna bonæ valetudinis affulgeret, si qua pars laſa prius rediret ad sanitatem pristinam. Quis porrò credat Deum per Mosen concessurum fuisse, vt toto corpore defor- matus liberè cum alijs ageret, si cohabitantes inquina- re potuisset? Nemo est, arbitror, adeò rudis & inops mentis, vt putet illos, qui partem aliquam solam habe- rent

rent lepra aspersam contaminauisse appropinquantes
alberos autem, qui omnes partes æqualiter infectas ha-
berent contagione proximos non affecisse. Elephantia-
tias profecto, quæ in mēbra omnia iam inuasit, longè
est cōtagiosior ea, quæ certas duntaxat partes occupa-
uit. FVR. Cur ergo abstinere ab aliorum coniuctu ius-
si sunt, si non polluebant alios? ER. Non dico non pol-
luisse eos cōuictores suos legaliter, sed corporaliter ma-
culasse nego: hoc est, morbum communicauisse infi-
citor. Sane menstruata mulier aut gonorrhœa la bo-
tans proprius ad se accedentes vel lectum eius, vel pan-
nos, vel sedilia solum tangentes hactenus inficiebat, vt
purificari secundum legem opus haberent, nec ante in
templum venire possent, morbum illis non asperge-
bant. Quomodo enim mensibus laborans mulier cum
viro colloquens hoc perficeret, vt ipse quoq; menstruis
purgationibus ægrotaret? FVR. Cur ergo totus lepro-
sus non contaminabat alios, saltem legaliter? ER. De-
hac re quid sentiam alibi dixi: ad hunc locum non spe-
ciat, in quo tantum ostendere propositum est, disiun-
ctas fuisse affectiones lepram Mosis & elephantiasim.
Quod ex eo quoq; intelligitur, quod defluuiū capillo-
rum & faciei, Moses non ponit pro signo lepræ, nisi in
loco pilis notato macula appareat alba vel rufa lepram
significans iuxta prædictum abeo modum. At in ele-
phantiasi, quoties cum alijs signis, coniungitur deflu-
xus pilorum capitis, ciliorum, & superciliorum, mor-
bum minimè leuem esse ostendit. FVR. Ego distinctas
esse affectiones hoc tantum argumento persuasus cre-
didi, quod elephantiasis esset affectio corrupti hepatis &
sanguinis, vt expositū fuit. Lepra aut in exanguibus re-
bus nō minus oriretur. Audiui postea alias abs te ratio-
nes additas, quæ me in sententia mirificè cōfirmarunt.
Quocirca consequens iam esse video, vt quæ Paracelsi

*Pollutio lega-
lis & corpo-
ralis.*

*Historie Galeni de curatis
elephanticis.*

opinio de hoc morbo fuerit, consideremus: si prius mihi ad obiectionem quandam responderis. Galenus recenset in praefat. lib. II. de Pharm. simplic. facult. historias aliquot elephantorum, qui ab epoto vino, in quo viperæ suffocatae fuerant, vel à comedisis viperis, vel deinde vsu Theriacæ personati fuerint, decidente ab eorum corporibus cute, instar exuuiarum serpentum (se nectam aliqui nominant) Ex quibus efficitur, morbum hunc non esse iecinoris intemperiem, sed affectionem solummodo quandam cutis. Nihil enim profuisset ille cutis illa mutatio, si causa in hepate remansisset. Nec potuisset ab unius aut alterius vini haustu confirmari huius visceris intēperies, præsertim calida & sicca, propulsari. Quamobrem non est morbus hic alia in parte quam in ipsa cœte querendus: ad quam internæ partes melancholicum succum effundunt. Huic rei consen- tiunt pulchrè, quæ Galenus in 2. lib. ad Glauc. cap. 10. & alibi scripta reliquit, alijq; post eum Medici confirma- runt. ER A. Non contemnenda est hæsitatio tua, licet responsio non valde sit difficilis. Perspicuè & firmè su- prà ostensum fuit, membra corporis nondum nutritio melancolico succo, dum boni sanguinis supperit co- pia. Hunc enim tanquam familiarem semper attrahēt, illo velut inutili & alieno rejecto. Quocirca si vacuare eum non poterit, ad debiliores partes deponet, vbi vel scirrum, vel cancrum, vel similem morbum aliud su- scitabit, elephantiasim nō concitat. At iecinoris tem- peramento naturaliter habente necessarium est probi laudabilisq; sanguinis ex mediocriter bonis alimentis tantum generari, vt non cogantur partes omnes ingra- to sibi sanguine ali. Quod si ferat sic res, vt faciei partes reliquis, sint debiliores, & ad eas propulsus sanguis de- formare hominem incipiat, mirari neutiquā debemus, s̄ pharmaco humorem in cœte retentum dissipare po- teat.

tente curatum audiamus. Quippe reliquo sanguine
temperato existente redintegrari malum non facile po-
terit. Erant ergo, quos sic percuratos scribit, in via ad
Elephantiasim, nondum habitum contraxerant: vereq;
elephantici ne cum fuerant. Liquebat id ex eo perspicue,
quod abseedente veluti cute sanati sunt. At veri ele-
phantici tumores seu extuberationes & nodos multos
& duros sub cute habent, quos per sudorem non facile
sit discutere: quosque tempore adeò breui impossibile
sit dissoluere. Causa eorum plerunq; est humor planè
terreus, siccus, & durus adeò, vt frustra strenuè emol-
lientibus remedijs emollire tentent medici. Tales quis
putet ab vnius alteriusne haustu vini, vt paulò antè di-
cebas, dissolui. Si in sola cuticula malum inha: eret,
credi posset, quod scribitur. At hoc in confirmata ele-
phantiasi non est: in qua tota penè membrorum sub-
stantia permutata est. Quare non pugnant à te obiecta
cum illis, quæ disputauimus. FVR. Galenus nō loqui-
tur de incipiente solūm affectione, verum etiam de in-
veterata. Nam quendam sic persanatum scribit, quem
propter terribilem aspectum abhoruerint socij, & qui
propter grauem odorem alios quosdam contaminarit.
ERAS. Ratio docet vera esse, quæ diximus. Quocirca
fateri nos oportet, huius quoque morbum (si modò
persanatus fuit: nec falsa Galeno narrata fuere) in dispo-
sitione seu ~~χειρ~~ adhuc fuisse. Neq; fieri non potuit, vt
faciem atq; pectus magis obnoxia iniuriæ habuerit alijs
partibus, & hoc pacto (sicut scabiosi solent alios inqui-
nare, tametsi hepar eorum labe nulla affectū sit) quos-
dam infecerit, hepate nondum de naturæ suæ statu di-
moto. Cogita apud te, an non omnibus ægrotantibus
medici remedia talia exhibituri, & plerosq; egros cura-
turi fuissent, si tanta esset vel pharmacorū nominato-
rum efficacitas, vel morbi imbecillitas, siue ad curan-

Galenic le-
prosi nondum
ueretates erā

dum facilitas? Multi certè coctas viperas, theriacam, & similia nullo cum fructu propinarunt ægrotis: quod factum non fuisset absq; vtilitate aliqua, si talia remedia tanta vi pollerent. Ego superioribus annis cum D. Sigismundo Melanchthone excellēte medico ægro cui-dam trochiscos viperæ in Italia diligenter præparatos exhibui sèpius, sed commodum ex ea re nullum profsus deprehendere potuimus. Quare si iuuarunt illos, in sola cute malum adhuc hæsit: neq; laborarunt internæ corporis partes. Tumores quoque, quales in hoc malo sub cute nasci solent, nōdum exortos fuisse certum est. Ex quo perspicuè patet, prædictos ægros hepar saluum & incolume adhuc retinuisse: & proinde vel incepisse solùm elephantem in eis generari, vel præparationē solùm quandam fuisse. Possunt enim multa eorum, quæ in elefanticis apparent, etiam ante huius morbi exortum suboriri. Quippe tumores faciei & cutis ab humore melancholico pronascuntur, qui non tantùm post hepatis intemperiem, verum etiam ante eam colligi potuit. Est enim aliquando causa, aliàs effectus prædicti morbi: quemadmodū suprà declarauimus. Recita iam nobis Paracelsi de proposito morbo delirantiæ. FVR. Non recordor me de essentia huius mali apud cū quicquam legisse, præter id quod in lib. de Med. cœl. ait, Leprerosos destitui balsamo, quo cuncti alij homines prædicti sint. Videtur igitur credidisse extinctionem esse vel absumptionem balsami ab ipso nominati. ER. Non legisti, vt video, lib. Paragr. in quorū quinto de Lepra more suo scribit. Principiò morbum dicit siccum esse: in quo non dissentit à veritate. Cùm deinde ait putrefactiouem esse corporis elementati, cū suis metallicis, insaniam suam sequitur. Quoniam metallica in corporibus nostris nulla inesse, certissimis argumentis in altera concertatione demonstrauimus. Elementatum corpus si non

*Quid elephas
apud Parac.*

Si non illud vocat, quod ex elementis coagmentatum
 est, quid appellat nescio. Evidem non multo post his
 ait, si lepra unum elementum occuparit, conseruare ad-
 hoc reliqua tria humiditatē naturalem, ne corpus pu-
 trefascat: ex quib. conūcio eum hīc corpus ex 4. elemen-
 tis fabricare: quod tanta alibi cōtentione negat. Suprà
 dictis illud quoq; adiūcit, nil aliud esse lepram, quām ho-
 mo putatus, cuius corpus putrefascat. Species ponit tres, *Species ele-*
 permistam, compōsitā, vniuersalem. Deinde ponit *Le-* *phantus apud*
 pram quandam terræ, aliam ignis, tertiam ipsius chaos, *Paracelsum.*
 (sic enim aerem puto notat) quartam aquæ. Primam in
 facie primū apparere cum ferore magno, insensibi-
 litate & tumore. Secundam parere multos in toto cor-
 pore furunculos quotannis redeentes. Tertiam anhe-
 litus foetorē cum prauo colore inducere. In qua rā pe-
 des & genitalia intumescere, ulcerari. Aliud deinceps
 genus lepræ statuit, quod à principalibus membris in-
 cipiat, nō ab elementis: cuius species enumerat, Lepram
 pulmonis, hepatis, vesicæ, splenis, cordis, renum, fellis
 vesiculæ, cerebri. His subiungit signa: post quæ sequitur
 examen seu dijūdicandi ratio, inde ad signa relabitur
 Lepræ innatæ ab ipso nominatæ: tandem causas recen-
 set, vbi differentias signorum promittit. Hoc in loco o-
 biter notabis, vt constantiam doctrinæ Paracelsicæ vi-
 deas, quòd calorem & frigus causas Lepre facit. A calo- *Paracelsus ca-*
 re & frigore lepra alijsq; morbi generātur, inquit. Quo- *lorē & frigus*
 modo igitur tum ipse tum discipuli ab his qualitatibus *facit causas le-*
 morbum grauiorem nullum generari asserunt? Hæc est *pre.*
 egregia illa noua medicina: quām sufficere in locum
 veteris conantur homines fanatici, & immanes carnifi-
 ces: quo nomine eruditos & doctos medicos immeritò
 condecorant nefarij quidam. Quid, oro te, ex recitatis
 omnibus disces? Defectum balsami audis esse: at quid
 sit balsamum, nec ipse, nec alijs quisquam nouit. *Balsamum.*

Putredinem cùm affirmat, symptomam quoddam dicit morbi naturam non explicat. In elephantiasi non putrescunt omnia membra, sed in maxima, quædā solum penitus corruptuntur. Qui posset tot annos viuere. quot viuere plerosq; elephanticos cernimus, si putrefactio esset corporis ex elementis cōfati vñā cum metallicis Paracelsi? Omnia sic putrescerent: vnde citam mortem consequi prorsus necessarium foret. Vix elementati corporis cum metallicis putredinem, hoc est, integrum corruptionē omnium, ex quibus cōstat, affirmavit, cùm innatum humorē à trib. elementis conservari, quarto putrescente afferit. Qua ratione autem

*Vno elemento
in missis cor-
rupto, perijt
cōgenitus ca-
lor.*

conficit, vt in re ex quatuor elementorum missione concreta, uno eorum corrupto, integra eius natura seu humor insitus remaneat? Non vident omnes homines portentosa mendacia ab istis nouatoribus proferri? Sanè tam ruditis vix aliquis reperietur inter eos, qui philosophie aut medicinæ principia vel eminus cōspexere, qui non ex dictis perspiciat, Paracelsum naturam elephantiasis nunquā cognouisse. Quæ de speciebus, examine & causis refert, non confutatione, sed risu digna sunt. Quare ad curationem, si idem videtur tibi, transibo. FVR O mnino id volebam. ERA. Quoniam hoc morbo laborantes, nec sentiunt nec intelligunt vitium in corporis profundo latens, & externam solummodo feeditatem intuentur, ab hac sola petunt liberari. Medici autem, qui & causam horum symptomatum intelligunt esse redundantem succum melancholicum certa quadam malignitate præditum, & eundem ab hepatis intemperie continuè generari perspiciunt, hoc solliciti scruntur, quomodo prima totius mali causa tollatur: hoc est, qua ratione & via hepatis intemperies eliminetur. Hanc ergo inueniendarum indicationum seruant methodum. Primum quod occurrit, est fœditas & asperitas

ras cutis, tumores, vlcera, corrupta partium nutritio
 &cæt. de quibus solis ægri, sicut dictum fuit, conque-
 runtur. Quoniam enim præter & contra naturam ad-
 sunt, ablationem sui etiam idiotis indicant. Sed auferri
 nequeunt, remanēte causa, quæ primū genuit, & adhuc
 fouet atq; auger. Causa verò est humor melancholicus.
 hic ergo tollendus est. Verùm hīc etiam frustra labora-
 bimus, quantisper nouus subinde ex venis succus simi-
 liter affectus affluet. Huius affluxum prohibere non
 possumus, dum ab hepate talis generatur. Quocirca
 procuranda est probi & conuenientis sanguinis gene-
 ratio. Hoc autem effici nulla vñquam poterit ratione
 & via, si hepar intemperie istiusmodi laboret. Etenim
 sanguinē generat pituitosum, aquosum, biliosum, me-
 lancholicum, &cæt. prout hoc vel alio modo tempera-
 tum est quoquis tempore. Quamobrem liquet intem-
 periem hepatis primo omnium corrigi oportere. Cæ-
 terum vel generatur adhuc praua hepatis intemperies,
 vel facta iam est. Quæ adhuc fit, causam necessariò ha-
 bet, à qua fit & pendet. Quare profliganda hæc erit: cùm
 ea demta necessarium sit fientem iecinoris dispositio-
 nem pariter deletam extinctamque esse. Causam porrò
 huius temperamenti vitiosi audiuimus succum esse me-
 lancholicum peculiare quadam venenositate prædi-
 tum. Hic ergo cùm emendari non facile possit, vacuan-
 dus est: simul q; prouidendum, ne similis deinceps gene-
 retur. Fiet hoc, si causas, propter quas in corpore colli-
 gitur, abstulerimus. Ergo si lien obstructus aut debilita-
 tus hunc ex venis ad se non attrahat, hisce remedia ma-
 lis offerenda. Si alimentorum qualitas in causa est, mu-
 tanda hæc fuerint. Et cū sine iecinoris caliditate (quam
 plerunq; obstructio efficit augéture) non facile aduri
 totus sanguis possit, reprimenda & ad mediocritatem
 reuocanda modis omnib. fuerit: illis simul ablatis, quæ

*Hepar pro na-
 ria temperatu-
 ra sanguinem
 generat diſimi-
 lem.*

*Quando ele-
phas incurabi-
lis censendus.*

deobstruendi potentiam obtinuerunt. Si autem facta iam fuerit prava illa dispositio: hoc est, si à causa sua amplius non pendeat, siue præsens siue absens causa sit, exillis aut nulla potius curationis spes reliqua maneat. Quod si aliqua superesset, causa primùm remouenda, deinde intemperies corrigenda foret. Sed ponamus iam intem-

*Pientis elephā-
tis curatio quæ* periem in iecore vel non cœpisse fieri, vel nondum im- pressam esse, sed à causa sua adhuc pendere. Quæ nobis hic alia incumbit cura, quam ut succum fœculentum, quem ad cutem ex venis natura effudit, quicquid intra va- sa adhuc continetur, euacuemus? deinde cutem re- purgemus & abstergamus? Ante omnia verò procuran- da est boni sanguinis generatio: atque propter quas inutilis succus in corpore aceruatus fuit, tollenda, siue in virtus ratione peccatum sit, siue lienis affectus aliquis occasionem dederit. Quibus porrò medicaminib. prædicta confici possint, minimè opus est hic referre: cū no- tum sit omnibus. FVR. Saltem generalē indicato me- thodum curandi nascentem adhuc elephantiasim. ER. Hæc indicatur ab humore fœculento & eius causa. Hu- mor iste cum sit crassus & siccus præter modum, & quan- titate simul peccet, partim vacuandus, partim corri- dus est. Vacuabitur medicamentis ad hanc rem accom- modatis. Primū / post abstersionem intestinorum, & ventriculi) vena sectione. Aperietur autem vena inter an-

*Que uena in
elephantese-
cunda* nularem & medium digitum. FVR. Cur non potius in cubito secatur vena, ut humor crassus facilius per vul- nus amplius exeat? ER. Qui apud nos, quid in sanguini missione contingat, notarunt, causam huius rei pul- chre perspexerunt. Si obseruanisti sanguinem ex vena secta profluentem, quoties vasculis peculiarib. promo- re nostro excipitur, semper conspicatus es primò execun- tem deteriorem esse consequente. In causa est, quod na- turam semper impuriorem sanguinis partem, modò fa-

ccc

cere possit, ad extre mos artus, tanquam partes ignobiores, deponit. Quare cū non tam eum, qui in profundo corporis continetur, quām qui in habitum corporis effusus cernitur, euacuare animus est, extre mas venas maiore fructu secamus. Vulnus autem infligere eodem ferro eademq; magnitudine oportet, vt pleriq; facere solent. Post hæc vtendum purgantibus, eaq; repetenda sèpius, humorib. prius ad purgationē præparatis. Nam humor crassus & in venis impactus vnica vel duab. purgationibus non poterit educi. Violentę quoque purgationes plus nocēt quām iuuent. Quare vicissim & præparandus & vacuandus erit sèpius, dū corpus esse mundum videatur. Quo facto, ad eum veniendū est, qui subiecte collectus hæret: quem purgantibus frustra tentaueris exturbare. Etsi enim, qui ex venis excidit humor, nonnunquam in venas regreditur, & per repetitas vaccinationes tandem expurgatur (nunquā vnica vel duabus tantū purgationibus humores per corporis habitum dispersos extrahes in his nostris regionibus, sed repetere sèpius oportet) hic tamen nihil tale expectare debes. Quamobrē cucurbitulis & sanguisugis atq; locubus remedij impositis absumere vacuareq; conabitur. Antè omnia verò vietus ratio præscribenda, quæ sanguinem humectet, dilutiorem & temperatiorem efficiat, quæq; melancholicum vñā succum dissipet. Præcipienda ocium, quies, hilaritas, curarum vacuitas, somnus: & quę humectare citra manifestum calorem aut frigus possunt. Hæc est futuri adhuc morbi præseruandi & incipientis, at nondum fixi & consummati curandis: quam succi crassities & affectus locus difficilio diratio: rem reddunt. Quibus nocentius illud est, quod ægroti nihil mali sentiunt, medicos non consulunt, ægrotantes ne sciant, cùm interim radices agat malum altius, viresque serpendo semper acquirat ampliores.

Cur in elephāte sèpius purgandum.

Vietus ratio in elephantiasi.

Cur etiam incipiens elephātias curatu difficilest.

Humor etiam sub cute dispersus quotidie cōtumacior & siccior redditur, vt quod longius ibi hæsit, ægrius auelli & discuti possit. Quam sit enim difficile scirrhosas collectiones dissoluere notum est omnib. medicis. Accedit ad hæc, quod extra venas effusus humor crassus in easdem non facile iterum ingreditur. Quod fit, vt nec purgatione detrahi, nec venæ sectione educi valeat. Quod paulatim membra alteret, sibi que quodammodo assimilet, æquè certum putatur. Quare sicca intemperie inducta, nō magna sanationis spes reliqua est. Difficultatem auget, quod remedia humectantia non magna vi agendi prædicta sunt: & quod imbecillus partium calor remedia non dicit ad loca affecta. Difficile ergo est (at non impossibile) incipientem morbum curari. At

Quando, ele-
phas, insana-
bilis sit.

cum firmata iam & impressa in hepate ac venis intemperies est, vt semota causa non sit necessie eam simul deleri, insanabilis est redditus. Quo tempore in bene constitutis Rebus pub. separari ab alijs solent, ne alios contaminent. Duo enim hæciungi in eo oportet, qui iure arceatur à societate & conuietu sanoru, vt morbo contagioso labore, atque incurabili. Dum enim spes curationis se ostendit, licet contagiosus sit, ejci ex confortio suorum non debent: licet non tantu conuersantes cum eis sedulò monendi sint, vt cōtagium, quoad possunt, prudenter caueant, sed ipsis quoque ægris imperari, debeat, vt omnes occasions alij nocendi deuitent ac fugiant. FVRN. Cur sunt insanabiles, qui hec tam seu permanentem intemperiem hepatis contraxerunt? Si alias huius visceris alterationes emendari possunt, sicut frequenter accidere experimur, quare hanc negas.

Cur hepatis: posse corrigi? ER. Causa non vñica est. Primum enim intemperies. & qualis emenda- vix vñquā hepatis intemperies confirmata siue hec tam rinequeat. vlla curata fuit. Deinde sicca difficilima curatu est, in quocunq; mēbro insit. Præterea cum hic morbus velut cancer:

cancer quidam sit totius corporis, qui possit de pulsione eius sperare, cum particularis scirrhus aut cancer curationem omnem respuat? Medicamenta quoque nihil admodum efficiunt: partim quia mutata iam sunt in ventriculo priusquam ad hepar penetrarint: partim quia cum humoribus & sanguine melancholico in mesenterij venis contento permista mox qualitate illorum imbuuntur, propriasque vires amittunt, partim quia maior est viscerum vis in agendo quam patiendo. Quare plus permutantur pharmaca ad melancholiā, quam ipsa hepatis temperamentum ad melius immutent.

Viscera plus agunt quam patiantur.

Evidem si non esset maior partium, quae toti corpori alimentum preparant, facultas in transmutandis, quae transmutari possunt, quam oblatorum potestas est in patiendo, sanguinis longe minus generaretur, quam a lendo corpori sufficiat. Cum cutis intemperiem forte contraxit, ut in scabie sanguinem ad se attractum quantum bonum corrumpit, & qualitate scabiei, qua laborat, inficit. Hoc qui in hepatis coctione fieri negat, nihil intelligit. Intemperiem ventriculi confirmatam agrave emendari nemo nescit: tametsi pharmaca integris adhuc viribus ei occurrant. Quid ergo de hepate nobis promitteremus, ad quod alterata, mista, fracta, & alienis potentibus imbuta vix tandem permeant? Quod si etiam effecisse aliquid cogitemus, facile tamen id omne ab inquinatis humoribus iterum extinguitur. Hi namque semper adsunt, pharmaca breui aliquo tempore duntur pro viribus suis agunt. Summatim dicam, mortuus hunc nullus curabit, nisi qui vniuersum sanguinem vitiosum educere, meliorem in eius locum substituere, totius corporis temperamentum mutare, siccitudinemq; membrorum corrigere potest. Si posset sanguis bonus extra corpus preparari, & adulterato ex vasis emisso in eius locum infundi, vix tamen salus sper-

Quæ curat u-
rū elephantem
prestare oportet.

ri posset. Nunc cùm ab hepate eum generari & ventri-
culo præparari necessarium sit, hæc autem membra ci-
bos oblatos sic alterent ac mutent, prout hoc vel alio
modo affecta sunt, quis dubitet, quin oleum & operam
ludamus? Adde iam, quod iam antè dixi, cutis & mem-
brorum vitia, quæ propter longam nutritionem vitiosi-
succi temperamentum & qualitatem similem acqui-
siuerunt, ne post sanatam quidem hepatis intemperiem
sanabilia fore: quod cancri & simili tumorum exem-
pla nos docet. Quis nescit Alphos seu vitiliges pre-
sumptim profundiores, qualis est Leuce, vix ullis remedij ex-
terminari posse? Quid ergo hic expectabimus, vbi tota
cutis longè grauius affecta, & virtus assimulatrix magis
laesa est? Nihil. Quocirca rectè omnes omnium ætatum

Elephas con-
summatus est
incurabilis.

ac nationum eruditæ medici magno consensu asseuerar-
runt, consummatum seu hec tunc elephantem incur-
abilem esse: nefariè autem mentitus est Paracelsus cum
suis gregalibus, cùm curabilem dixit. Quanquam aliter
eum pro more suo nonnunquam scripsisse in prima &
tertia velitatione demonstratum nobis memini. In Pa-
ragr. incurabilem ponit, quando extuberationes cutis
paruæ (quas grandinæ appellat) ulcerantur. Item quan-
do in femore & coxis caro sic deperditur, quomodo in-
ter pollicem & indicem absumi consuevit. In quib. hæc
non apparent, eos sanabiles iudicat. Alibi species lepræ
omnes incurabiles facit, vt in tertia disceptatione ostendit.
Quod si hoc referre omnes morbos oportet, quos e-
lephantus tanq; Centurioni siue monarchæ subiicit cum
Paracelsus ipse tum gregalis eius eodem spiritu inflatus
discipulus, multos ponemus incurabiles, qui facile fa-

Quos morbos
sub lepra com-
prehendant
Paracelsi.

nantur. Quippe accenset hic lepræ vlcera omnia, pruri-
tum, scabiem, alopeciam, furfures, squammas, scissuras,
cutis foeditates, pustulas, malū mortuum, & similes affec-
tiones. Harum aliquas etiam Magister lepræ species facit:

facit: aut anteambulones. FVR. Cur tot statuunt eius
 species? ER. Vt imponant hominibus. Cùm enim fortè
 aliquem affectum leuem percurarunt, Elephantiasim se
 percurauisse mentiuntur. Cùm syncopen fortè aut af-
 fectum similem depulsum vident, imperitis persuadent
 epilepsia speciem fuisse: & quod natura fortè fecit, suis
 pharmacis adscribunt. Sic aliquando scabie conspicien-
 tes aliquem contumaci ac foeda laborare, elephantiasis
 speciem clamitant, vt & plus emungant, & scire aliquid
 præ alijs medicis putentur. Exemplum reperies in lib.
 D. Desennij aduersus Fedronem cap. 41. Ego sanè non
 vnicum curaui ex illorum numero, qui pro leprosis &
 hinc & alibi per Germaniā habentur: licet verè elephan-
 tici non sint. Tantum porrò abest, vt ego de elephan-
 tiorum curatione gloriari cogitarim, vt, si de me alius
 hoc sparsisset, mendacij fuerim semper accusaturus.
 Quòd verus Elephas iam factus à Paracelso curatus
 nunquam fuerit, atque curari à nullis possit alijs, quām
 qui potestate donati sunt cælitus tali, qualis Christi di-
 scipulis concessa fuit, ipsem et scripsit: sicut alibi mon-
 stravi. Idem successor eius nesciens affirmat, cùm sic Paracelus re-
 scribit. Absoluti hydroperæ, perfectæ lepræ, consum- diuius ele-
 matæ podagræ & epilepsia, vniuersali curationi SO- phantiasim in-
 LV MODO subiiciuntur. Caterūm tinteturæ, qui- curabile cō-
 bus vniuersalis curatio perficitur, in maiestate naturæ cedit.
 latent, ait: dispensationibus mundanis non sunt subie-
 ctæ, & paucissimis sunt concessæ, vt ipse ait (nulli crea-
 turæ, vt ego affirmo, & indissolubilibus argumentis de-
 monstrō.) Quare incurabiles simpliciter sunt prædicti
 morbi. Si enim vniuersali tantu curationi subiiciuntur,
 quæ inanissimum est figmentum, particularis nihil hic
 poterit. Quapropter cùm particularibus remedij idem
 ille successor, sui oblitus, prænominatos morbos cura-
 pedocet, aut de furentibus loquitur, non defactis, aut se-

ipsum arguit mendacij : quod valde est Paracelsicis familiare. FVR. Quibus remedijs curat Paracelsus presentem morbum? Ego nullibi me vidisse recordor pharmaca curantia, sed tantum incrementum prohibens venum mihi notaui. Nam libro à me ante citato hæc ha-

Elephantici nō bet; Quilibet homo balsamum in se habet: leprosi eo **habent Balsa-** carent. Aurum igitur poculentum in ventrem inge-
mum. stum cum est, distribuit illius vires ventriculus in cor-
pus reliquum: inde oritur quedam humiditas, quæ facit
crescere balsamum. Lepræ igitur incrementum tantum
per cessat, dum aurum in stomacho fuerit. ER. Addam
hisce, quæ in citato libro Paragraphorum tradidit. Pri-
mum fœdè confundit cum signis curationem. Deinde
preseruationem (ipse conseruationem vocat) à curatio-
ne sciungit. Præseruari dicit corpora extractione Antio-
monij, sanguinis essentia, liquore margaritarum, speci-
fica granorum iuniperi, melissæ, cichorij, valerianæ. In

Remed. Para.
aduersus ele-
phantem. curatione, inquit, elementum conseruare oportet, na-
turæ balsamum: vtendumq; illis rebus est, quæ cadaue-
ra imputria conseruant: cuius generis sunt Stimmi, ge-
nus Mannæ, & Thereniabin (sic rorem quendam flau-
scensem Maio mense super folijs apparentem vocat)
præparata, balsamum naturæ & essentia vini, granorum
juniperi ac melissæ. Lepræ rubræ cura est aurum: alba-
oleum & aqua argenti. FVR. Video hæc non aliter co-
hærere quam priora. ER. Leprosos balsamo destitutos
ait. Vnde ergo tot annis vita eis suppetit, si in balsamo
consistit vita, sicut passim clamitat? Quomodo autem
dicit ventriculum deglutiti auri poculenti vires in to-
tum corpus distribuere, si natura in morbis nihil agit,
sed ociosè tantum, quid nouus hospes molliatur, spectat?
Imò quomodo cum illo hoc concordabis, quod reme-
dia corpus peruadere, morbos querere, inuentos ag-
redi, & deuictos expellere scribunt? Lepræ augmen-
tum

tum tantisper cessat, dum in ventriculo aurum haeserit.
 Ergo non alibi quam in ventre existens prohibet progressionē morbi. Et qua ratione comprimit eius actionem? Generat, inquit, humiditatem quæ ut balsamum crescat efficit. Primum non est opinabile quomodo aurum humectet, seu humiditatem in nobis generet, cum humidum ipsum potestate non sit. Ac norunt, quicunque naturalis philosophia non sunt prorsus ignari, humiditatem non se instar caliditatis & frigiditatis in vicina corpora propagare posse. Calor ignis in igne per-

Aqua quomo-
do humectet
vicina.

cinna admota calefacit, ac tandem ignea efficit. Humiditas autem aquæ, exempli gratia, non humectat vicina corpora, nisi cum suo subiecto ad ea transeat, & in ea se insinuet. Ergo impossibile est, ut aurum illud vel potabile vel esculentum, in ventre subsistens partes alias humectet, nisi velvapore ex se ad eas emittat, vel partem aliquam sui communicet. Quod an fieri possit, illi iudicent, quibus auri natura cognita est. Evidem in halitum ab igne vel calore alio resolui omnes omnium exstatum & locorum intelligentes ubiq; & semper (attestatum experientia) negauerunt. Quare falsum prorsus est, quod humiditatem ait ex se emittere, aut generare. Quippe potestas in eo proxima sibi corpora alterandi nulla vñquam deprehensa fuit. Quæ si maximè in eo inesse concederetur, alias tamen (extra & præter ventriculum, in quo solo ponitur efficax esse) partes nullas mutaret. Adde quod hæc humiditas ab auro genita non posset balsamum augere: quod nil est aliud, quam humidum natuum seu radicale appellatum. (Ipsius nominare aliter libuit, ut supra alios sapere, maiusq; aliquid dicere putarentur.) Hoc autem ab alimento solo augeri potest. Quocirca in substantiam membrorum conuerti oportet humiditatem ab auro procreatam. Sed certo certius est auri partem nullam à calore nostro superari

Balsamum ho-
minis quid.

possent quas nec ignis nec vis alia naturalis perdere ac transmutare valeat instar aliorum alimentorum. Tantum enim distat metallorum, præsertim auri, temperatum à nostrorum corporum temperie, ut in hac illud nulla ratione transire possit. Quippe ut actio ac passio fiat, conuenientia quædam requiritur: cùm nō quidvis in quodlibet agat. Manifestū hoc est ex eo, quod ne plantæ quidem omnes, quarū natura multò ad animalium temperaturā accedit proprius, à calore nostro videntur. Multæ nāq; tū nos tum alias animantes, prius quam transmutationem patientur, occidere natæ sunt. FVRN. Si neq; alterare aurum corpora nostra, neq; alterari ab eis potest aurum, cur Pharmacis admiscēt ^{de Gra-}

^{macis admi-}
^{scatur.} Cur aurū phar dici ferè omnes? E R. Veteres & eruditi nil tale (de Gra-
macis loquor) faciuntur. Sed Arabes, qui omni superstitionis genere plus alijs cū alias nonnullas artes, tum in primis Medicam foedarunt, ut diuitib. adularentur, modum hunc introduxerunt: quē Latini deinde sedulò sequuti sunt. Quanquā parci hac in re Arabes fuere: ut qui vix alijs vllis remedijs admiscuerint, quā cordis. Recentiores contrā vix aut electariū, aut trochiscos, aut aliud quippiā parant, quin auri aliquid iniici imperent. Quin imo decoqui iubent cum aqua in vasculis, & cum distillandis distillari mandant. Nec eos ab opinione reuocata-

Aurum frustra revel Auicenna vel experiētia potuit: quib. abundē do-
coquitur & di-
cemur, ei nihil admisceri vel detrahi posse. Si ergo nihil
stillatur. decedit ponderi, ne substantiam quidem deceſſile cre-
dendum est inter coquendū. Si huius pars nulla trans-
fusa est in liquorem, nihil ab eo virium cōmunicatum
est. FVR. Multa in liquore incoquimus, quæ virtutem
largiuntur suam liquori, tametsi non sint post coctio-
nem leuiora facta. Deinde aurum sāpe post coctionem
leuius factum fuit. Postremo, an non sine substantia a-
missione potest vim suam in liquorē veluti propagari?

ER. Quæ vires humoris, in quo coquuntur, communicaant, transmittunt simul substantię suę partes in eundem: quod ex secretionē cōstat, & ex eo intelligitur, quod tantum sapor mutatus est. Pondus videtur idem, immo maius, quia humorem in deperditæ substantiæ locum recepit. Quo exsiccatō, multū decessisse animaduertimus. Si autem pondus aliquando imminui visum fuit, ex eo cōtigit, quod sordes aspersas & adhærescētes humor abstersit. Nec aliud est auri in coctionib. & distillationib. cū causis auri cocti pīs & similibus vīsus, quam quod à sordibus repurgatur superficie īhērentib. & decocta iis inficit. Qua ratione plerunq; nocet potius q̄ pro sit. Aurum enim incorruptū permanet: nec vel recipit intra se humorē aqueum, nec partem sui eidē tribuit. FVR. Quid ergo mouit medicos, ut decoctis misceri præceperint? E R. Decepti per affecti, ut quē magno vendūtur, efficacitate maiore prædicta opinentur. Cur enim tanti estimantur talia, cogitant apud se, nisi quia maiores alij vires & facultates obtinuerunt? Itē, non fuissent hæc tantis sumptib. ex regionibus & locis adeò distantib. ab orbe nostro adiecta nisi compertum fuisset infinitè plus nostris pollere. Ex opinione hac fatua consecutum mox est, ut quæ apud nos proueniunt pharmaca, propemodum contempta lacuerint: dum in solis transmarinis potestates & vires inesse magnas & admirabiles non imperiti tantum crediderunt, verum etiam medici censuerunt. Nec aliam ob causam magis Paracelsici apud opulentos in admittunt auri, argenti, margaritarum, coralliorum, & regnum aliarum preciosarum. At errant toto, quod aiunt, in oculo. Non enim quod magno vendit, etiam incedendo semper magnas habet vires & efficaciam, sed rāpe numero vulgaris herbula conducibilior est ad

*Cur Paracelsi
ci apud loca-
pletes in opi-
nione sint ali-
qua.*

Aurum inutiliter pharmaci miscetur.

morbis certi depulsionem, quām vniuersa ex India deportata pharmaca. Non inficias interim ibo, certis in morbis & temporibus plus peregrina prodesse nostris. Hoc solummodo in præsentia incunctanter affero, aurum sine omni utilitate ægrorum pharmacis misceri, aut alio quoquis modo intra corpus deuorandum sumi: propterea quod naturam suam seruans corpus non alterat, ac transmutari ipsum nequit. Si me vis uno verbo dicere, quod sentio, tam non conductit morbis aurum propriæ estimationem sui plus ceteris vulgaribus pharmacis, quām non conuenit podagrico magis ex auro purissimo fabrefactus calceus, quām ex mollissimo & vilissimo corio consutus. FVR Atqui aurum dicūt abdita quadam potestate à Deo donatum esse hilaritatem inducendi: & viscera, præsertim cor, corroborandi. Alij quidam splendore suo iuuare arbitrati sunt, cùm potentiam aliam nullam inesse cernerent, qua prodesse videatur. ER Si viscera oculos haberent, exhilararet fortè splendor, qui obiectum est visionis. His cùm destituantur cor, non video, quid splendore suo utilitatis ei adferat aurum. FVR At Galenus cum tota medicorū schola in melancholia nigrorem inducere pauorem & tristitiam asserunt, sicut exteriores tenebræ metum adferunt pusilanimis & rudibus. ER Alibi firmis argumentis ostendi non recte hoc affirmari, verioremque Averrois esse opinionem. Sed ad hunc locum non pertinet hæc dissertatio. Ad aurum quod attinet, letitiam parere.

Auri quomodo letitiam pariat.

Vtrum aurum deuoratum exibilaret, stitiam asserunt, sicut exteriores tenebræ metum adferunt pusilanimis & rudibus. ER Alibi firmis argumentis ostendi non recte hoc affirmari, verioremque Averrois esse opinionem. Sed ad hunc locum non pertinet hæc dissertatio. Ad aurum quod attinet, letitiam parere, non nego, sed oculis & animo auarorum, dum ipsum vident, correctant, possident. De facultate abdita, quæ à te dicta præstare fertur, nihil dicam aliud, quām in opinione sola consistere, euentum monstrari nullum posse. Si fidem mihi sæpiissime inter periclitandum falsò non habes, ipsem et experire. Quæ potentiam nacta sunt, aliquid faciendi latentein, ea id ipsum sæpe, instar Magnetis,

gnetis, operantur: sic, inquam, ut cerni & deprehendi manifestè possit. De auro, qui tale aliquid monstrabit, is demum verè admirabilis mihi experimentator laudabitur. FVR Magis, ut video, aurum miscetur pharmacis alijs ornatus gratia, quām vtilitatis causa. Poterit nihilominus per accidens nōnunquam prodesse. Si ergo persuasus sit, pharmacum ob id generosius esse, quia aurum recepit, confidentia & alacritate maiore sumet, faciliusq; sanabitur. Quid enim animus spei re sumet, faciliusq; sanabitur. At in liquorem solutum & perducere nequeas, usurpare in decoctionibus & distillationibus, ut confidentiores reddas nihil vetat. Sed eur substantiam intra corpus dare velis nescio: cūm, sicut dixi, immutari nequeat. FVR At in liquorem solutum & potabile redditum confici putant. ERN. Nugæ. Liquor iste à peritis in aurum facile vertitur. Ex quo euidenter patet, nullam substantiæ mutationem factam, sed tantum qualitates alteratas fuisse. Si deinde cogites, nō sine maximi & diurni caloris vi huc deductum esse. (Taceo iam, quod absque corrodentibus in aquam non solui complures Chemici constanter affirmarunt: quæ ab eo deinde nunquam integrè separari possunt) perfacile intelliges ignea sua qualitate morbum hunc augere, non comprimere. Ratio par est aquæ vel succi & olei ex argento concinnati, antimonij præparati, effuentiæ vini ab ipsis vocatae, & granorum iuniperi. Quippe omnia præter insitam à natura caliditatem ex præparatione acrimoniam acquirunt planè igneam & erodentem: qua curabilem morbum absq; dubio incurabilem efficiunt. Nimis multa extant exempla his pharmacis impie excarnificatorum. Sanè his ipsis, quibus hæc scribo, diebus duo hīc habuimus satis illustria. Recitarem alia plura, nisi metucrem, ne videret alio confusum.

Aurum per accidentes aliquando innat.

Aurum pocium perniciosum est.

lio facere. Qui videre cupit, legat librum D. Cronen-
burgij aduersus Fedronem scriptum: in quo non histo-
rias nudas recitat, sed certissimis argumentis, literis, ac
testimonij omnia firmissimè demonstrat. FVR. Quo-
niam igitur clarè perspicio Paracelsum cum suis asseclis
in elephantis curatione meliorem non esse, quam est in
alijs omnibus, ad Hydropem sermonem conuertamus.
ER. Nomen Hydropis, sicut epilepsia & elephantiasis,
aliquando pro morbo quodam ponitur, sæpius pro sym-
ptome morbi illius sumitur: pro tumore scilicet ven-
tris aquoso. Etsi verò non ab aqua tantū intumescit, ve-
rumentiā à flatu crasso, & pituita, denominantur tamen
ab aqua hi quoq; tumores, propterea quòd nec fatus,
nec pituita sine aqua aceruantur. Hydrops igitur sym-
ptoma, tumor est ventris ab aqua vel flatu vel pituita
fuscitatus. Discrimen illud est, quòd in tumore flatulen-
to venter instar tympani pulsatus sonitum reddit, gra-
uitas nulla adest, ac pedes non intumuerunt. Cùm ab a-
qua inter omentum & peritonæum collecta distendi-
tur, grauitas maior adest, pedes œdematosi apparent,
genitalia intumescunt, partes supra umbilicum gracile-
scunt, cùm de latere in latus se vertit æger, aqua in ven-
tre velut in vtre aqua semipleno cum sonitu mouetur.
Quoties pituita morbum efficit, corpus totum albescit,
inflantur facies, pectus, manus, pedes, corpus deniq; to-
tum: ac vena secta maiore ex parte sanguis albus & pi-
tuitosus appetet. Colliguntur autem humores iam di-
cti in corpore propter vitiatam coctionem hepatis: hoc
est, propter depravatam facultatem sanguinis genera-
tricem. Cum enim hæc ex chylo in ventriculo præpa-
rato pro sanguine generat vel aquam, vel flatum cras-
sum, vel pituitam, gignitur hydrops. Corruptæ porrò,
sanguificationis causa (quæ & hydrops morbus est) nil
est aliud, quam hepatis & venarum frigida humidaque
intem-

*Hydropis no-
men quid signi-
ficet.*

*Discrimen Hy-
dropum.*

*Hydrops à ui-
tiata corporis
coctione.*

intemperies. Quippe à calida assatur sanguis, aut in bitem vertitur: non in aquam aut pituitam permutatur. De humida & sicca intemperie non est, cur multa dicimus. Hæc enim tabem potius seu marasmum effecerit: illa sine frigiditate nunquā insiti caloris operationem eousq; impedit, vt pro sanguine aquam aut pituitam generet. Evidem coctionis causa princeps est calor. Et huius debilitatio seu extinctio causa est imminutæ vel frustratæ coctionis: sicut deprauatæ eiusdem auctio causa existit. Calor igitur cum siccitate siccum, & cum humiditate humidiorem sanguinem generabit: aquam, nisi debilitetur aut interimatur, non generabit. At frigida intemperies etiam sine insignis humiditatis coniunctione aquam & pituitam procreare potest. Dicimus autem morbum hunc frigidam & humidam esse iecinoris affectionem, quia cum frigiditate plerunq; copulata est humiditas: & si mox ab initio non adsit, in processu necessariò accedit. Etenim in Tympanite non videtur in principio morbi magnopere laborare iecur ex humiditate. Hydrops igitur symptomata tumor est ventris ab aqua vel flatu vel pituita aquosa suscitatus propter frigidam iecinoris intemperiem. Quippe si ob aliam causam colligantur iam dicta, nec patiatur tunc hepar, pro hydrolepis tumor haberi neutquam debet. Vidi enim in virgine iam adulta ventris insignem tumorē hydrops uteri

Causa princeps coctionis calor.

Hydrops symptomata.

morem hydropi asciti similimum, in quo aquæ copia iuditu & tactu percipiebatur, vt quæ in eam partem in quam se vertebat, cum sonitu collaberetur. Res deinde ostendit, in utero sine noxia hepatis aceruatam fuisse. Color, habitus corporis, operationum omnium integritas, venæ laudabili sanguine distetæ satis probabant, iecur minimè affectum esse. Videmus etiā pueris absq; tympanitis periculo & sine læsione hepatis, frequenter ventrem à puerorum flatu instar tympani distendi: quos hydropicos nullus

iudicat. Oritur hæc affectio à copia cibi ac praua victus ratione, quæ non semper iecur offendit, intemperatum reddit. Quare victus ratione mutata, facilè profligatur; imò sua sponte sèpissimè soluitur. Hippocrates hydropis vteri, testiū, pulmonis mentionem facit: sed alia, ut videtur, ratione. Est etiam hydropis capitis mentio apud authores. At hydrops morbus est intemperies hepatis & venarum frigida & humida à re aliqua refrigente inducta, propter quam pro sanguine utili & bono generant aquam, flatum, pituitam. Equidem sic est hydrops propria hepatis affectio, quomodo epilepsia cerebri, & febris cordis affectus sunt proprij. Nam sicut in solo corde febris existens calorem in omnib. membris excitat, (Qui calor non est febris, sed eiusdem symptomata quoddam) ita in hepate intemperies existens causa est tumorum, qui oculis conspiciuntur. FVR. Quid sit hydrops video. Quot eius sint species, & quibus inter se notis distinguantur, notum est omnibus. De his ergo molestus tibi non ero: sed illud primum scire aueo, utrum sicut in elephantiasi iccoris intemperiem distinguendas in fientem & factam, ita hic etiam me velis censere. Deinde audire ex te cupio, num à calore hydropem effici arbitris. Hoc enim compluribus visum esse non ignoro. Sanè Tympanitis effectorem non prorsus nulli affirmant calorem esse, siue calidam iccoris & ventris intemperiem. Demum intelligere velim, quænam extribus hydropis speciebus difficilior curatu, seu periculosior sit iudicanda. ER. Omnino verum est, in hydro-

Hydrops fiens pis specie qualibet morbosum hepatis temperamen-
aut factus est. tum καὶ χεῖται aliquando visceri inhærcere, hoc est, à caufa
adhuc pendere, interdum autem καὶ ξένοι infixum sic es-
se, ut quāvis causa auferatur, minimè tamen vñā abeat.

Hydrops insa. Quod cùm est factum, haud magna sanationis spes re-
nabilis quis. licita est. Quocirca sapienter illi iudicarunt, qui insana-
biles

biles pronunciarunt, quibuscumque mox à vacuatione humor reddit. Etenim intemperiem hepatis pertinacem alteq; impressam significat: siue id propter causam ad- huc præsentem contingat, siue absq; causa penitus ra- dices defixas habeat. Mouit hæc ratio Hippocratem, vt hæc scriberet: ὅτε οὐ πέποιθεν εἰσιθεὶς ταλαιπω- πέων, αὐτόληπτον. Quod secundo loco quærebas explica-
 tus paulò minus faciles habet. Non est necesse, vt quæ per se refrigerent. Nam vacuationes nimiè frigoris cau-
 ficit, quatenus calefacientia visceri subtrahunt. Mul-
 ta non hac ratione, sed quia natuum calorem suffo-
 cant, frigiditatis causæ fiunt. Quædam non suffocando
 calorem, sed eundem dissipando, sensim pro eo frigidi-
 tatem inducunt. Sub his continentur illa etiam, quæ a-
 limentum partibus vel eripiunt vel alio modo nutri-
 tionem earum impediunt: quod ferè dolores pertina-
 ces efficere consueuerunt. Ergo suffocantia, vacuantia,
 calorem dissipantia, alimentum eripientia, aut nutri-
 tionem impedientia, licet calida sint, hepar tandem re-
 frigerant, hydropemq; efficiūt. At priusquam insitum
 iecinoris calorem debilitauerint ac fregerint, hydropis
 causæ nullo esse pacto possunt. Etenim sanguinis gene-
 ratio est quædam assimilatio siue coctio, quam anima
 in iecore beneficio & opera innati in eo temperamen-
 ti, hoc est, caloris isto modo certo temperati perficit.
 Hic, si supra naturæ congruentem modum auctus, aut
 non satis à qualitatibus reliquis temperatus seu frena-
 tus sit, minimè aquam vel pituitam creabit, sed sanguinem
 calidiorum generabit. De cæteris qualitatibus su-
 præ dictum est. Siccitas certè absque frigiditate, etiam
 summa, qualis in marasma febre conspicitur, siccum
 & patciorem procreat, aquam non parturit. Quippe a-
 qua & pituita sunt soboles & fructus quidam coctionis

*Modi plures
refrigerandi.*

*Calida quomo-
do hydropem
pariant.*

diminutæ, quæ rursus frigiditatis siue caloris natu*ri* de-
bilitati duntaxat effectus existit. FVR. Ut non possit ca-
lida iecoris intemperies aquam & pituitam producere,
de quo nullus, puto, vñquam dubitandum putauit, fla-
tum saltem progenerare potest: à quo hydrops tympa-
nitis concitatur. Quanquam videtur à siccitate potius
generari: vnde hydrops siccus ab Hippocrate alijsq; no-
minatus censeri potest. ER. Si vera sunt, quæ philoso-
phi ac medici nos docuerunt, flatus à calore discuti po-
tius quām generari, non poterit calor vehementior he-
patis causa hydropis siccii statui. Videmus profectò in
omnibus calidis intemperieb. morbosis flatus aut nul-
los aut paucos admodum gigni, priusquam calor con-

*Generatio fla-
tus est quædā
coctio dimi-
nuta.*

genitus labascere incipit. Præterea ambigi non potest,
quin generatio flatus loco sanguinis sit species seu mo-
dus coctionis imminutæ ac debilitatæ, non autem de-
prauatæ. Quippe in praua sanguinis generatione san-
guis nascitur, sed vitiosus; vt pote biliosus, acrius, calidus,
nimis excoctus, venenatus, putridus, aut alio modo in-
conueniens. At hīc nō sanguis, sed flatus ex maiore chy-
li parte gignitur. Quibus addi hoc etiam potest, quod

*Flatus est a-
qua attenuata*

spiritus in tympanite facile in aquam concrescit, imò
quod cum spiritu semper aqua multa coniuncta repe-
ritur: quod non contingeret, nisi ex simili materia esset
fuscitatus. Quām porro non sit facile, ne dicam imposs-
ibile, verisimilem orationem excogitare, qua calor o-
stendatur aquam generare, nullus non intelligit. Hoc i-
gitur libenter tibi dabo, hepar in Tympanite non & quē
refrigeratum esse, atq; in cæteris duabus hydropis spe-
ciebus. Nam sine calore mediocriter valido adhuc non
posset chylus in spiritum conuerti. Accidit hoc facilius
quoties cū intemperie non prorsus frigida iecoris iun-
cta adhuc est aliqua siccitas. Hac paulatim in humidi-
tatem trāmutata plus aquæ colligitur, quām flatuum.

sic

Si ergo non tantum ad illud tibi planè respondi, quod
 secundo loco sciscitabaris, veràm etiam ad postremum
 respondere incepi: dum Tympanitum à iecoris intem-
 perie minus frigida nasci affirmavi. Sequitur enim ex
 hoc, minus in hac, quàm in reliquis speciebus periculi
 esse. Sanè ex mala victus ratione profecta Tympanitis
 facile remedijs cedit accommodatis. Ob eandem cau-
 sam hydropem *καρπη* faciliorem putamus Ascite.
 Nec mouet nos, quòd aliqui pituitam aqua frigidio-
 rem asserunt, & ob id magis frigidum esse iecur in hac
 specie, quàm in alijs, statuunt. Falsum enim est, quod di-
 cunt: si aqua non sit putrefacta, vel per calidi humoris
 permissionem alterata. Nostra ratio multò est firmior,
 longius quàm pituitam. Hæc enim sanguis est ex dimi-
 dio coctus, & in sanguinem vltiore seu ampliore co-
 stione transmutari potest: cùm aqua nulla vñquam co-
 stione huc perduci valeat. Quare periculosisima est *Periculosif.*
hydrops est
 Ascitis, post hanc Leucophlegmatia, tertium locum oc-
 cupat Tympanitis. Quæ sic demū vera fuerint, si par sit *Ascites.*
 membrorum ratio. Potest enim certam ob causam pe-
 cularem Tympanitis deterior esse alijs. Sic & Anasar-
 ca ratione alia difficilior est curatu Ascite pariter &
 Tympanite. Quanquam de Tympanite nihil admo-
 dum experientia confisus dicere possum: vt qui duos
 duntaxat hac specie hydropis affectos viderim: quorū
 alter (sc. eruditio[n]e) & virtute præstantiss. Imperij comes
 à Reinstein) percuratus est, alter Belga senex diem suum
 obiit. Asciticos plurimos Deus seruitio meo vtens san-
 uit: pauciores Anasarcæ laborantes occurserūt. In cura-
 tione vtrorūq; illud mihi deprehendisse visus sum, mul-
 to facilius Asciticos, q[uod] *καρπη* laborates sanari: quam-
 uis in his non æquè laboret hepatis calor, ac in Asciti-
 cis. In causa illud est, quòd in Leucophlegmatia humor

in totum corporis habitum minoresq; membrorum venas distributus est. Quo fit, ut pituita, quæ in regione hepatis locisq; vicinis hæret, euacuata, restitui sua temperatura iecori nō possit tamen. Frigidus enim humor in venis comprehensus easdem nihilominus alterat: quæ alteratio propter continuitatem facile ad hepatis usque venas pertingit. Sic ex haustu frigidæ vnico hypopœci nonnulli facti sunt, venis, quæ in ventriculum pertinent, subito frigidæ occurso refrigeratis. Quibus hoc insuper accedit, quod lentus ille humor, per carnes & membra diffusus haud ita promptè ac celeriter expurgari potest. Quocirca circumspicere diligenter exportet medicum, priusquam vel curabilem vel incurabilem morbum hunc natura sua pericolosum pronuntiet. FVR. Quomodo verò cognoscam, vtrum sanari a liquis hydrope laborans possit, an non possit? E R. Inservuti nostri fines excedit vberior huius rei explanatio. Hoc enim solum propositū est ostendere, quantò nos Paracelsicus rectius edocti simus hydropem curare, qui curari potest. Hi, quod sciam, inter curabiles & incurabiles nō distinguunt. Poteris legere, quæ de hac re cùm alij veteres scripserūt, tum Hip. lib. de Coacis Prænot. &

2. Præd. elegatiſſ. differuit. FVR. Memini me apud Hip. legere, Hydropem non fieri, ut tu aīs, propter vitiatam coctionem hepatis pro sanguine ex chylo aquam generantis. Corrumptuntur carnes, inquit, & liquantur in aquam. E R. Res non habet aliter, quam dixi: quod nos oculi nostri docent. Sed & Hippocr. alibi rectius hanc rem explicauit. Quinimò in eo ipso loco, alias insuper hydropis causas ponit. FVR. Videmus certè carnes absumi, præsertim partium supernarum. Quæ res suspitionem aliquam nobis facit, tale quippiam euenire.

Cur in Ascite partes superiores tabescunt, quia parum sanguinis generatur, qui in magnis venis & circa cor retinetur?

tinetur, in membra per minores venas non distribui-
tur; aut parcior quam res postulat suppeditatur. Quare
dum in locum abeuntium nihil reponitur, hoc est, dum
non nutriuntur, carnes consumuntur. F V R. Cur ergo
non idem sit in pedibus? E R A. Imò idem fit: licet pro-
pterea aquæ defluentis multitudinem tabes in eis non æ-
què appareat. Descendit autem aqua propter grauita-
tem, non attrahitur. Quæ causa est, ut superiores non i-
tidem aqua irrigentur aut flatu. F V R. Cur ergo in A-
nas farca omnes inflantur? E R. Quia pituita propior &
similior existēs sanguini, attrahitur & apponitur mem-
bris: quamuis postmodum assimilari non possit. Pauci-
tas sanguinis in causa quoq; est, ut vrina intra modum hydropicis
reddatur: sicut & aliorum præterea quorundam sym- pauca.
ptomatum. F V R. Si libet, recitabo Paracelsi placita,
priusquam ad curationem descendas. E R A S. Placet.
F V R. Hydropem aliquando dicit collectionem esse a-
qua in cavitatibus corporis: sed ab hepatis frigidita-
te manare negat. Sicut Duelech, scribit de Anatom.
non profert argentum, ita non parit hydropem iecur.
Eodem lib. asserit, Hydropem impressionem esse igni-
tam, febrem verò terream. In Labyrinth. hæc legimus.
Hydrops non prouenit à frigiditate hepatis, sed à semi-
ne cœlesti pluuiam efficiente prodit. Mox appellat hoc
semen Iliastrum, quia ab initio tale existat, non ex cor-
ruptione tale reddatur, quod Cagastrum vocari ait. In
tractatu de Hydrope: Morbus hic, inquit, nil est aliud,
quam aqua tantum. Sequente capite, Corpus, ait, ex
concreto in humorem resolutum, non est aqua, sed hu-
mor resolutus. Ob id negat hydropem esse aquam, sed
affirmat esse resolutionem. Putauit enim hoc loco a-
quam hydropicorum nasci ex corporis colligatione.
Deinde scipsum aperiens salē corpus illud esse ait, quod
in aquam resoluatur in hydropticis virtute syderum.

Vrina cur in
hydropicis
paucis.
Quid sit Hy-
drops secun-
dum Paracel-

ER. In Paragrap. morbum quendam vocat vndimiam; (sic Barbari Oedema nominant) quem nihil aliud esse dicit, quām aquam inter cutem sine Leucophlegmatiam (quæ propriè ab antiquis aqua subter cutem vociata fuit: vt ex Cæl. Aurelio liquet) Videtur autem sub hoc nomine Ascitem quoq; cōprehendisse. Hanc porrò affectionem ait esse alumen resolutum. FVR. De causis videamus. Causam huius mali affirmat crapulā esse de Vita long. tametsi alibi sēpius negat viētus rationē morbos gignere. Dic̄tum quoq; fuit supra cum cœleste quoddā semen fingere, quod aquam in corpora nostra infundat. Quam opinionē suam paulo clarius in tract. de Hydr. declarat. Cœlum inquit, visibiliter agit, dum niues, pluuias, &c. demittit, & inuisibiliter dum eadem in corporib. nostris creat. Sicut enim pluuvia visibili terram humectat, ita virtute insensibili pluuiam in hominē generat. Homo namq; ex terra est, ideoq; cœli operationibus subiectus. Inter sidera porrò Lunā facit aucthorem huius morbi, & pro more suo mox, stellas tres statuit opifices. Hafum vnam congelare, alteram solvere, tertiam exstillare affirmat. In eodem cœlum non infundere hanc aquæ vim corporib. ait, sed corpora nostra eandem admirabili potestate ex astris detrahere. Sicut cibo & potu alimur, inquit, ita membra ex cœlo attrahunt cibum. Et quemadmodum Sol sursum à nobis trahit, sic membra Magnetis instar deorsum ex ipso detrahunt. Nec minus est hic cibus necessarius pane. Paulo post aliter sentiens hæc scribit. Sol noster cùm liquatur seu funditur hydrops adest: liquatur autem à cœlo. Species facit quatuor, ignis, aeris, aquæ, terra. ER. Non est onum ouo tam simile, quām ipse sui ubiq; si.

Quomodo h̄y milis permanet. Cūm hydropem aquæ collectionem drops dici pos dicit, Symptoma nominat, morbum nō attingit. Cūm sit aqua. nihil aliud esse præter aquam ait, pro more suo desipit. Est

Est enim aqua illa non morbus, sed morbi effectus, & symptomatis, nempe tumoris causa effectrix. Aquam hydropicorum de cœlo cùm deducit modo & ratione insensibili, Astrologorū figmenta videtur probare: quæ nos libro super hac re scripto firmissimis argumentis cōfutauimus. Puto me operam ludere cum tām aper-tis adeoq; inter se pugnantibus mendacījs ac somnijs contradico. Si enim membra aquam inuisibilē de cœlo a-lo detrahunt, quis eam reddit visibilem? Et si è cœlo a-stri resolute oritur? Summatim dico. Nihil aliud sunt, quām summæ inscitiæ & incredibilis insanè perniciofa verba. F V R. Per me igitur licet tibi de curatione disserere. E R. Diximus hydropem morbum intemperiem esse hepatis frigidam & humidā, pro sanguine aquam, aut flatulētum spiritum, aut pituitam progenerantem. Ergo quatenus affectio est naturæ incongruens & ad-
 uersaria, sui ablationem indicat: quod contrarijs effici-
 tur. Quatenus autem affectio talis est, frigida & humi-drope.
 Quod postulat remedia calefacientia & resiccantia. Quo-niam autem intemperies omnis tum fiens tum facta, quantisper causam habet, à qua vel efficitur, vel foue-tur & retinetur in corpore, pelli non potest, relicta eius causa, videndum erit, à qua causa excitata fuerit, & an ea præsens adhuc adsit. Si abiit, illud est agendum, quod diximus. Si adhuc est præsens, hæc primū tollenda erit. Quod si à causa sua adhuc pendet, vñā cum ipsa au-feretur. Si post eius depulsionem remanet, exterminanda quam primū erit: modò nihil impediat. F V R. Quidnam prohibeat adempta causa intemperiæ ab ea natam extinguere? E R. Genita aqua: quæ rationem ha-bet causæ, sine qua non potest mutari temperamētum. F V R. Suprà aiebas aquā effectum esse prauę tēperaturæ icoris: nunc rationem cause habere asseris. In elephan-

tiasi post extirpatum morbū docebas symptomata in externis membris apparentia corrigerē: nunc ordine contrario præcipis aquā prius educere, postea causam excindere. Diuersitatis causam non satis intelligo. Scio quidē inordinaria & non coacta curatione ante omnia causas, & quæ causarum rationem obtinent, sine quibus videlicet curationem frustra moliamur, exterminari oportere: sed cur aqua hydropicorum potius causæ sine qua non rationem teneat, quām sanguis depravatus elephanticorū, id est, quod quærō? E.R. Aquam effetum fructumque quendam morbi esse, verè diximus. At hoc non prohibet ipsam causæ sine qua non proprietatem facultatemque assumere. An non & sordes vides in ulceribus eorundem esse effectus. At hæ nihil minus ulceris glutinationem sic impediunt, vt ipsis non abstersis glutinatio sperari nequeat. Discriminis causa non est obscura. In hydrope aqua non est in venis inanitate solum collecta, sed in venis, etiam in tota picorum per hepatis regione plurima continetur. Quo pacto ergo uenæ fluit ac poterit hepar intemperatum corrigi, dum humor frumentum non tantum venas eius replet, verum etiam circumfluit, ipsumq; in eo veluti innatæ? Non sic habet res in elephantiasi. Quippe humor melancholicus, qui extra venas in carnes & cutem effusus est, non refluit ad hepar, sed in suo loco immobilis persistit. Quare vacuato qui in venis hepatis eiq; vicinis comprehenditur, nihil est amplius, quod impediat curationem. FVR Praeclarè differentiam nunc video. Aqua enim intus & extra hepar vndiquaque ambit, alterat, mutat, faciliq; momento huc illuc fluit ac refluit, quod in elephanticis non contingit. Perge igitur, vt coepisti, curationi indicationes ordine recensere. ERA. Dixi primo omnium causam profligandam. Quare si mala victus ratio morbi peperit, ea mutanda: si sanguinis profluvium

Aqua hydro- tris inanitate solum collecta, sed in venis, etiam in tota picorum per hepatis regione plurima continetur. Quo pacto ergo uenæ fluit ac poterit hepar intemperatum corrigi, dum humor frumentum non tantum venas eius replet, verum etiam circumfluit, ipsumq; in eo veluti innatæ? Non sic habet res in elephantiasi. Quippe humor melancholicus, qui extra venas in carnes & cutem effusus est, non refluit ad hepar, sed in suo loco immobilis persistit. Quare vacuato qui in venis hepatis eiq; vicinis comprehenditur, nihil est amplius, quod impediat curationem. FVR Praeclarè differentiam nunc video. Aqua enim intus & extra hepar vndiquaque ambit, alterat, mutat, faciliq; momento huc illuc fluit ac refluit, quod in elephanticis non contingit. Perge igitur, vt coepisti, curationi indicationes ordine recensere. ERA. Dixi primo omnium causam profligandam. Quare si mala victus ratio morbi peperit, ea mutanda: si sanguinis profluvium vcl

vel alia vacuatio excitauit, supprimenda: si menses co-
hibiti, vel hæmorrhoides, vel alia quæpiā excretio soli-
ta malo occasionem dedit, promouenda: si obstructio
partis alicuius genuit, reseranda: si res aliqua vel actu
vel potentia refrigerans sua præsentia suscitauit, aufe-
renda: si deniq; aliud quiduis morbum procreauit, id a-
moliendum erit. Quia verò sæpissimè accidit, vt causa
mali expelli nequeat propter aquæ aut spiritus in cau-
tatibus ventris collecti copiam, opera danda tunc est,
vt, dum humorem educere studemus, causam morbi
non negligamus. Si enim refrigeratum sit hepar pro-
pter lienis obstructionem (quia scilicet fæcē sanguini-
nà qua hepar alteratur, ad sc̄ non attraxit) frustra ten-
tabimus splenem deobstruere, quantisper humor cir-
cumfluens, & inania spacia cuncta implens, deturbatus
non fuerit. Quippe nec externorum, nec internorum
remediorum vires ab aqua impeditæ ac hebetatæ ope-
ræ pretium efficient. Quòd si vtrumq; contingat, vt sci-
licet tum humor distendens vacuetur, tum obstructio
soluatur, percuratus est æger: dummodo hepar intem-
perie laborarit non æquali, sed inæquali. Nam recolli-
getur paulo pòst aliis humor, nisi iecoris intemperies
emiendetur: & cum contraria commutetur. Si autem
post humoris expurgationem obstructio manserit, in
id vtiq; præcipue intenti erimus, vt aperiatur, hepar in-
terim nequaquam negligentes. Ergo cùm ad ægrum *Quæ ex ægro*
sint interrogan-
vocamur, percunctari accuratè debemus, quando mor-
bus incepert, qua occasione natus sit, vtrum sensim
an subito creuerit, num morbo aliquo prius & quali
laborauerit, quæ pars corporis affici visa sit, & omnino
quæ præcesserint diligentissimè expiscari oportet, vt ex
cis de causa & affecta parte certi aliquid cognosca-
mus. Si causam mali amoueri posse intellexerimus, eam
prorsus excindere conabimur: mox genitū humorē e-

da prius quam
curationem ag-
gredimur.

ducemus: simulq; tum alimentis tū medicamētis idoneis coctionem ventriculi & iecoris procurare & augere sedulō tentabimus. Vbi ex eisdem cognouerimus, hepar intemperie laborare non æquali aut facta, sed inæquali seu fiente, atq; illa, quæ Hipp. in libro 2. Prædict. proponit consideranda, expenderimus, spe maiore ad curationē accedemus. Si aliter habere perpexrimus, cantione maiore curam ægri suscipiemus. Interim eorum, quæ ad sanitatis recuperationem spectant, nihil negliget pius & peritus medicus. F V R. Potest ne certò sciri, vtrum hepar facta iam an fiente adhuc intemperie laboret? E R. Vix potest. Si post humoris depulsionem morbus non redeat, (aliquot saltē mensibus aut annis) curatus fuit. Et qui deinde redit, propter nouam occasionem recurrit. Quis neget tertiana, exempli gratia, laborantem, siquidem duobus aut tribus annis (imò totidem mensibus) à febre immunis fuerit, rectè persanatum fuisse? Eduxi omnem aliquando ex ventre & peribibus mulieris Ascite laborantis aquam non semel tantum sed bis. At ægra nihilominus, cùm lienis obturatio solui nullis remedij posset, aqua simili tertio repleta, obiit. F V R. An ex duratione morbi colligi non potest? E R. Non potest. Etenim visi sunt, qui anno amplius inflatos aut aqua turgentes ventres gestauerint, ac nihilominus aqua effusa statim sanati fuerint: quod impossibile fuiset, siquidem iecur intemperiem retinueret. Quot s̄pē mensibus aliqui laborant febribus, à quibus humore putri detracto statim conualescunt? Dicam aliquando sa-

Verē Phthisici liquid incredibilius. Sanitatem restituit Deus aliquibus aliquando sa- Phthisicis meo vtens ministerio, quos abundē constat nantur. vix dimidios pulmones retinuisse. Nisi hi tales inæquali pulmonum affectu laborauissent, quis eos sanari potuisse putet? Igitur non satis est, vt intemperies aliquas hepatis partes occupauerit, sed æqualem & pertinaci-

citc

citer inhærere in omnib. partibus oportet. FVR. Quo pacto igitur vel nos sciemus, vel ægro persuadebimus morbum profligatum esse? ER. Quia certi nihil constanter promittere possumus, priusquam vidimus morbum non recurrere, post detractam aquam summa diligentia per tempus aliquod in cōfirmado hepatis con- genito calore, & eradicanda eius temperatura acquisi- taria versabimur: etiam tunc, cùm deletā esse speramus Aliquando satis certi sumus, fientem adhuc affe- tum esse. Quo tempore post ablationem causæ spem curationis plenæ perfectæq; laboranti tutò facere pos- sumus. FVR. Colligam breuibus, quæ dixisti. Quoniam non potest deleri iecoris mala temperatura, nisi prius impedimentum è medio auferatur, siue causa adempta iam sit, siue præsens adhuc eam foueat, aquam, exempli gratia, prius subducere oportet. Hoc facto, si causa effe- trix præstò adhuc sit, ea submouenda. Si iam extincta sit, hepati præcipue prouidendū. Superest nunc, vt, qui- bus remedijs ista perficienda sint, edoceas. ERA. Post rationem vietus congruè institutam (de qua mox men- tionem iterum faciam) offerenda sunt ægro vel quoti- die, vel alternis diebus, vel longioribus interuallis (pro viribus infirmi ac circumstantijs alijs) quæ vel aquam vel cum aqua flatus, vel pituitam detrahant. Inter ea, quorum usum aliquem habeo, est succus rad. iridis no- stratis pondere vnc. 2. vel 3. exhibitus cum Saccharo, aut Iulebo, aut vino, aut vitello oui. Perforandum ouium in parte acutiore, euocandum albumen, replendum suc- co iridis, calefaciendum ac miscendum vitellum cum codem succo infuso, ac manè bibendum. Potest radix in vino aut iure carnium decoqui, & id ius bibendum offerri. idem Chamelææ folia decocta in iure præstant: sed robustis solummodo tutò exhibitentur. Non mul- to ignauior est succus ex medio sambuci cortice viri-

*Quæ post ex-
purgatam a-
quam agenda.*

*Medicamenta
aquam detra-
hentia.*

di expressus, eodem fermè pondere, eodemque modo exhibitus. Strenuè namque aquas euocat. Imbecillior paulò est succus radic. Ebuli. At ex maturis granis Elestariū paratur quo aliqui feliciter vſi dicuntur: ego solis seminibus tum in hoc morbo, tum in alijs pituitosis affectibus drachmæ pondere vſus adhuc fui. Et in alijs morbis plus mihi vſum est prodeſſe quām in hydrope. Expurgaui omnem ex compluribus aquam aliud vſu pulueris fol. soldanellæ, ſenæ, turpeti & ſacchari. Plerisque 3.ij. fol. Senæ, 3.j.s. brassicæ marinæ, cum ſcrup.ij.vel turpeti, vel rhabarbari obtuli: & mirificè iuuare ſapientius expertus sum. Mulieribus turpeti 3.j. rhabarb. 3.s. soldanellæ ſcrup.ij. zingiberis & ſacchari ana 3.j. præscripsi, non minore ſuccedu. Quoties non ſatis educere viſa ſunt, correctæ ſcammonæ grana aliquot admiceri præcepi. Euacuaui aliquando bis incredibilē aquæ copiam, ut nec in ventre nec in pedibus aliquid ſupereret amplius videretur, ſoliuſ vini Chalybeati, & rad. Afari decocti vſu. In mensura noſtrate vini iuſſi fruſtum chalybis ignitum decies aut pluries reſtingui, & percolatum ei proposui. Feci ob id maximè, quod compertum haberem ex diurna ſplenis obſtructione natum fuſſe hydrophem. Quid omnia ferè metallæ vim quandam purgandi obtinuerint, ab alijs iam dictū nouiſti. Aequè cognitum illud etiam habes, chalybem & ferrum lienes obſtructos efficaciter deobſtruere. Quidā verno tempore ſummo cum fructu flores Cerasorū ex aceto, ſale, & oleo, iuſtar acetarij ederunt. Nec planè inutilis fuit florū prunorum tum ſylvestriū, tum domēſtico-rum vſus. Inſignis eſt virtus Elaterij, ſi cum Diaphoeni-cone aut ſimili alio pharmaco miſtum proponatur. Ad 3.ij. Elect. gran. vij. vel pauciora admista egregiè faciunt. Sed violenta quantum potui, fugi ſemper. vt quæxariuſ propinata non poſſe omnem humorē educere vide-

Metalla omnia ſe hydrophem. Quid omnia ferè metallæ vim quandam purgandi obtinuerint, ab alijs iam dictū nouiſti. Aequè cognitum illud etiam habes, chalybem & ferrum lienes obſtructos efficaciter deobſtruere. Quidā verno tempore ſummo cum fructu flores Cerasorū ex aceto, ſale, & oleo, iuſtar acetarij ederunt. Nec planè inutilis fuit florū prunorum tum ſylvestriū, tum domēſtico-rum vſus. Inſignis eſt virtus Elaterij, ſi cum Diaphoeni-cone aut ſimili alio pharmaco miſtum proponatur. Ad 3.ij. Elect. gran. vij. vel pauciora admista egregiè faciunt. Sed violenta quantum potui, fugi ſemper. vt quæxariuſ propinata non poſſe omnem humorē educere vide-

Viderem, & s̄epius repetita nocere posse, intelligerem:
 Audendum tamen est, atque ex longioribus interuallis
 hæc quoq; in contumaci morbo v̄surpanda: leuioribus
 crebrius interpositis. Refert Placentinus (atq; omnes
 homines indubitanter credere iubet) se multos persa-
 nauisse solius Rhabarb. exhibitione, 3. ij. pondere(debi-
 libus 3.j.duntaxat offerebat) ex 3. ij. oxym. compos. & 3.
 ij. vel ij. decoct. rad. fœnic. & lactucæ ac scariolæ. Hoc
 mihi remedium vt valde tutum, vehementer placet, ra-
 metsi ob id experiri nondum mihi licuetit, quod nul-
 lus mihi, postquam legi, ægrotus occurrit, qui sumptus
 ferre tantos(maioris enim venditur Rhabarb. quām vt
 inopes in morbo adeò longo toties coemere queant.)
 posset. Mediocris fortunæ hominib. medicamina alia
 respuentibus vina parari iussi, quæ paulatim aquam, fla-
 tus pituitam, vacuarent. Et vt purgantium ingratus o-
 dor saporq; tegeretur, absinthium, carduū benedictum
 appellatum, aliasq; amaras herbas miscui; & his potio-
 nibus tantum effeci, quantum credi vix potest. Hic, ybi
 infantes pariter ac adulti, mares ac fæminæ absinthite
 vino delectantur, vix aliud remedium excogitaueris a-
 ptius. Quo si in Italia vti velis, non sine risu & infamia
 tentaueris. Ergo prout ex præcedentibus & præsentि-
 bus conieci caufam mali vel in splene, vel in iecore, vel
 in mesenterij venis, vel in vtero, vel in partibus alijs, hæ-
 re, herbas leuiter aquam purgantib. miscui, vni quām
 alij parti magis conuenientes. Sed de hac re cùm suprà
 in curatione epilepsia: actum fuerit, non est necesse, hic
 vt illa repetam: si vnum hoc adiecerō, me in Ascite sem-
 per radicem iridis nostratis & soldanellā ea copia mi-
 ceuisse, quam præsens affectus postulare videretur. In
 Tympanite eadem hæc posui, sed seminum flatus discu-
 rientium maiorem quantitatē addidi. In Leucophleg-
 matia, quam rarius curauī, etiam pituitam detrahentia,

Pharmacūpur
gans Placent-

Vinum abſin-
thite purgans.

turpetum & Agaricum pondere maiore adieci. Cache-
ticos nō paucos curau: quos instar anasarcia laboran-
tium tractau: nisi quod vinum, in quo chalybis limati
puluis maceratus fuit, vtilitate vix credibili propinaui.
Cæterūm quia ex illorum genere nō sum, qui sua quām
aliena maioris æstimāt, nec id ago, vt vel plura alijs scire
puter, vel remedia, quorum experimentum aliquod ha-
beo, aliorum ritè inuentis præferantur, vinum medica-
tum adscribam, quod multorum annorum pericli-
tatione tum in seipso tum in alijs præstantissimum esse
comperit vir egregiè tum doctus tum pius Dominus
Muraltus (qui pro insigni humanitate sua tū hoc tum
alia quædam vñu comprobata pharmaca mihi commu-
nicauit) quod sic habet. R. Rad. quinque aperient. Gly-
cyrrhizæ rasæ, cort. rad. Cappar. corticum medianorum
Fraxini ana ȝ. j. rad. iridis recentis, Calam. aromat. Ci-
namomi selecti ana ȝ. s. Capil. Veneris, Cetrach, fol. Ta-
marisci, florum Cordialium ana m. j. Absinthij Pontici,
Cardui Benedicti, Hyssopi, Prasij ana m. s. sem. Apij, A-
niisi, Ameos veri, Fœniculi ana ȝ. j. s. fol. Senè Alex. repur-
gatorum ȝ. ij. Ligni Guaiaci in scobem redacti lib. j. fac-
chari albiss. lib. ij. Vini albi generosi lib. ciuiles 40. Con-
ijciantur supradicta omnia (vino excepto) prius incisa
in vasculum vinarium eius capacitatis, vt commemo-
rata capere queat. Demum vinum feruefactum super-
fundatur, vaseq; accuratissimè obturato macerari per
diem vnum alterumq; sinantur. Hoc tempore elapsio v-
tetur eo infirmus. Multa sunt in hoc pharmaco, q; mihi
plurimū probantur. Ipse ex absinthio, carduo supradic-
to, agrimonia, asplenio (si lien affectus sit) erica, verbe-
na, & similib. herbis, itemq; radicib. iridis siccæ Florent.
capparū, polypodij, cichorij, apij aut fœniculi, seminib.
carminātibus vocatis, aromatis parare solitus sum. Pur-
gantia admisceo radic. Iridis nostratis, semen Cnici (ali-
quando

**Aliud vinum
medicatum pro
hydropicis.**

quando addo grana Thymeleæ) fol. Senæ, Soldanellam,
 Turpetum, Rhabar. Nunq; hæc 4. omitto, Soldanellam,
 Senam, Turpetū, Iridis radices virentes. Sed & Afari ra-
 dix magnopere iuuare visa est. Ad man. herbarū quinq;
 vel sex, vnc. totidem radicum: singulorum seminum &
 aromatum semuncias, adiucere consueui. Fol. Senæ ses-
 quiunciam: Soldanellæ duos vel tres vel plures manip.
 vnc. duas vel tres radic. iridis concisæ: Turpeti contusi
 drach. quinq; His in vaseulo si mul compositis vini albi
 generosi, ac tenuis (in quo chalybs ignitus sæpe restin-
 etus fuit) superinfundi iubeo mensuras nostrates qua-
 tuor, hoc est, lib. communes seu ciuiles sedecim (qua-
 rum singulae totidem pendent vncias) vaseq; probè ob-
 turato post bidui aut tridui spaciū vti permitto. Prio-
 ris usus potest esse continuus, nostri non item: nisi cām
 æger difficulter purgatur. Præcipere soleo, vt alternis,
 vel tertio quoq; die, poculum vnum huius vini bibant
 ægri manè: corpore prius validiore medicamento Ela-
 terium recipiēte expurgato. Diebus intermedij 3. duas
 aut tres succi absinthij cū saccharo misti, quoties obstru-
 ctio viscerū suspecta fuit, exhibui: vel absinthij comas
 cōditas, vt Mathiolus præcipit, obtuli, vel diacircumæ,
 vel dialaccæ confect. proposui. Curaui & persanaui ali-
 quando pauperem Asciti cum incredibili ventris, pu-
 dendorum ac pedum tumore deformatū alterna succi
 iridis & absinthij exhibitione, pedum scarificatione, &
 sudorem prolicantibus balneis: præter meam atq; alio-
 rum expectationem. Cæterūm prædicta omnia mutaui
 pro cuiusq; natura, gustu, consuetudine, ac reliquis cir-
 cumstantijs: quorū obliuisci nunquā oportet. In primis
 prodest sirupus ex absinthio paratus, si cōtinenter mul-
 tis diebus sumatur 3. 2. pondere, cum 3. 3. decocti majo-
 ranæ, rorismarini, ligni aloes, & menthæ siccæ. Cum
 obstructionem adesse suspicio est, oxymel Scyllinum

*Vsus prædicto
rum uinorum.*

*Sirupus absin-
thij.*

misceri: si que æger ferat, cum reliquis radix Capparum decoqui debet. Plurimum corroborant natuum calorem nuces Myristicæ in India cum extima carne sua in India conditæ. Quibusdam profuit frequens vsus Asparagum: alijs Eringij radix condita magnopere contulit:

Localia in alijs alia quædam salutem attulerunt. Externis quoque

Ascite. remedijis vsus fui magno cum fructu, pedum scarificationibus, sudorem prouocantibus, cataplasmati etiam ventri impositis. Composita hæc fuere ex stercore columb. & caprillo, radice pyretri, seminibus rutæ, agni casti, carui, euphorbio, sulfure, sale petræ, fabarum farina,

Alimenta hydropicorum. & similibus alijs. Alimenta præscripsi calefacientia & siccantia, quæ & facilè conficerentur in ventriculo, & probum generarent sanguinē, flatusq; expertia forent. Nec illo solū tempore, quo aquam ex ventre vacuare studeo, congenitum hepatis & ventriculi calorem modò dictis alimentis ac medicamentis souere & augere conor, verumetiam postquam tumor subsedit, hepaticamè ac vesperi illini impero oleum irinum, spicæ, absinthij, menthæ, capparorum, &cæt. quibus aliquot olei stillatitij menthæ vel absinthij guttas cum totidem granis camphoræ penetrationis causa adjicio. Vinum, si nihil vetet, concedo album, tenui, verus: ac sitim ferre optimū esse pariter moneo. His remedijis & hac methodo vsus ope diuina plures persanui vnus hydropicos, (& epilepticos) quām Paracelsus cum discipulis suis omnibus percurarint. Tantū enim abest, vt exitiosis suis remedijis cuiquam prosint, vt plerisq; omnibus maximè noceant. Quod non exempla tantum curationum ab ipsis tentatarum declarant, verumetiam ratio euidentissimè demonstrat. Sed age dic nobis, quomodo &

Curatio hydropis iuxta statu de Hydrope ait, curam cuiuslibet hydropis in

Paracel. duobus consistere. Primum est, vt aqua sic dissipetur,

quo-

quomodo à Sole terræ humiditas discutitur. Alterum
vt exsicetur. Prius perfici dicit à sulfure: quod haud a-
liter resistere cœli asserit impressionibus (aquam hy-
dropicorum de cœlo sive de stella Zedos in corpora
nostra delabi supra ex eius sententia ostendi) quam Sol
aquam pluuiam rarefaciens in aerem tollit. Posterius
elemento siccitatis attribuit, quod ignem ex aquage-
nitum vocat, sine caliditate subsistens, videlicet croco
metallorū: quo nihil inueniri siccus opinatur. Quan-
quam hæc sufficere dixerit, statim tamen addit, aquam
redundantem per essentias hydrargyri auferendam
esse. Mox ait curā consistere in maturatione, in recon-
gelatione, & in coagulati cōseruatione. Maturationem
porrò, extra quam curationem recipere negat, tunc es-
se, cū resolutus sit morbus, hoc est, cū tumor sit ma-
ximus. Post hæc ita delirat, vt nullus homo sani aliquid
ex eius verbis elicere possit. Summa est, resolutum sa-
lem Mercurio præcipitato expurgandum, ægrumq; au-
to diaphoretico roborandum, deniq; reliquias humo-
ris croco vel tintura Martis absumendas. Ad extremū
aeris & circumstantiarum considerationem omnē reñ-
cit, imò vixtus rationem, qua certi cibi imperantur aut
prohibentur, maculam vocat medicorum, quia arcanis
curantem pudere debeat certam diætam præscribere.
Tolerabilior est in lib. de Elleboro: Tota, inquit, cura-
tio in eo solum posita est, vt aqua ex corpore educatur.
Et quanquam violenter multa purgant, duo tamē huic
morbo duntaxat cōgruunt, Ellebori radix, & aliud phar-
macum. Quod per illam non expurgabitur, per nullum
medicamentum educetur: item, hydrops curatur, si a-
quam primū vacues, deinde ne recolligatur prouideas.
Prius efficit radix Ellebori: alterū præstat tintura Mar-
tis. Nam quod infra quartum exsiccationis gradum est,
non curat. Hic autem in Marte gradus multipliciter in-

In quib. cura-
tio hydr. Pare
cellica cōsistat

Purgantia Pa-
racel.

est. Alibi, in Hydrope, inquit, requiritur salis pharmaceutum ex Archei iccore tractū, quo putrefacta expellantur. Hæc sunt, quæ de Hydropis curatione inter legendum breuiter annotauit. E R. Addam ego, quæ in Parag. Dieta hydro-
picorum iuxta
Paracelsum. habet. In curatione diætam obseruari oportet. Fabæ, lentes, ciceras, salubres sunt, assæ carnes noxiæ: quia ven triculus ab humore corruptus coquere nequit. Panis ex fabis confectus optimus est, sicut & herbae vrinam prouocantes. Purgetur corpus sensim silere montano: bulliant eius vnc. iij. vel iiij. in iure, & bibatur: purgatio est conuenientissima. Item vinū in quo maduerit Tur petum. Post hæc remedia quatuor præscribit, singula singulis elementis attribuens. Suprà nanq; species Vn dimiæ ab ipso vocatæ pro elementorum numero qua tuor eum ponere indicauit. Commendat hic quoque crocum Martis, Corallorum, liquorem, dulcorem Sa turni, & ad omnes species valere ait. Morbum hunc fe mel profligatum negat deinceps redire vñquam: quod quām sit ab omni veritate remotum, nemo non intel ligit. Evidē sicut febris percurata redire post aliquot annos potest, ita & hydrops recurrere potest, licet integrè perfecteq; curatus fuerit. Longè namq; differunt, morbum aliquem extirpare, & ne redeat secundò eff cere. Quemadmodum enim cùm non esset, nasci potuit, ita postquam fugatus fuerit pullulare iterū simili causa accidente poterit. Pugnat non minus cum hy pothesi, qua morborum semina statuit infallibili scien tia prædita (si discipulo fides habenda est) certis & defini tis temporum spacijs in theatrum prospere. FVR. Hæc insania retrò firmè satis est confutata. E R. Quo

Paracelsus nul pacto credi potest arte ac ratione curauisse hydro picos lum hydropi. Paracelsus, qui, quid sit, aut quomodo generetur, igno rum artes san rauit? Si de cœlo descendit instar pluviæ (sed inuisibi lit, liter) aqua hydro picorum, prohiberi tam non poterit eius

cius descensus, quām non possumus impedire ortum pluuiarum. F V R. Pluuiam arcere hactenus possumus, vt nos non attingat, licet destillationes aquæ præpedi- re nullis artibus valeamus. Quòd si remedio aliquo inuisibilis pluuiia consimili modo arceri ponatur, nō fue- rit adeò absurdum, quod dictum est. Sanè puto eum ta- le quippiam tunc cogitauisse, quando materiam astris subtrahendam imperauit. E R A. Pluuiia hæc inuisibilis cū sit, ac modo insensibili, & ab astris incognitis in subie- cta quedam corpora descendat, frustra impedimenta moliemur, arceréue conabimur. Viribus enim incorpo- reis & cœlestibus viam aditumq; remedij nullis præ- cludemus. F V R. Non sunt incognitæ stellæ hydropi- cam aquam pluentes. Ipse namq; principē huius effe- tus stellam Zedos vocat: alibi Lunam, & nescio quas a- lias adiungit. E R. Fortè Cæte cœleste despovere eam no- bis significauit. Cæterū dic, quælo te, quo ingenio aut quib. pharmacis maturabis aquam? Educenda est, non concoquenda. Melius quoq; est multò, vt statim priu- quam venter repleatur, medicamētis aut rationib. alijs vacuetur, quām postquā corpori noxiā mora sua in- tulit. Quid rogo, te, iterū iubet nos coagulare? Aquam ne? At quemadmodū nix in aquam soluta redire in ni- uem nequit per congelationem, sic aqua in id, ex quo orta est, rursus conuerti non potest, ipsomet afferente. In stellas ne congelabimus aquā illam, ex quib. dissolu- tis delapsa fuit? Minus poterimus. F V R. In salē, ex quo resoluto collecta est, densabimus. Hoc enim, puto, intel- lexit, cum resolutionem sive humorem resolutum esse dixit, aquam esse negavit. E R A S. Atqui tam non pos- se in salem redire contendit, quām non possit aqua in niuē, ex qua soluta nata fuit, per congelationem con- crescere. Si putas eum hoc velle, vt dissolutionem salis prohibeamus, malè iubet recongelare. Hoc enim

Stella hydropica est Zedos.

Aqua non ma- turatur.

densatur rursus, quod solutum prius fuit. Deinde frusta adderet, concreta nos debere conseruare. FVRN. Hoc voluit docere, operam nobis dandā, ut chylus, qui in aquam solui paratus est, densetur, & solui non finatur. ER. Id si sensit, recte sensit: sed neque recte locutus est, neq; rationem efficiendi docuit. Aquas primò educendas perspicuè suprà monstrauimus. Corroborandum ingenitum calorem pariter docuimus. Hepatis temperiem frigidam & humidam calefaciendam & ex-

Mercurius siccandam clare ostendimus. Mercurium præcipitate tuum quem exitiosum & noxium esse didicimus, (*ipse exitiosus est* met in lib de Podagra hoc idem affirmat) licet nō semper eius noxia statim patescat, ægris deuorandum dare nunquam iussimus. Hoc enim Paracelsicorum & veneficorum est, non bonorum virorum, & medicorum arte ac methodo curantium. Quis non videat eum incertum fuisse rerum omniū ad huius morbi curationem pertinentiū, dum modò soli Mercurio præcipitato, modò soli rad. Ellebōri potestate educendi aquam ascribit. Si præter Ellebō. radicem pharmacum aliud nullum aquam hydropicorum expurgat, quomodo vel Sileris montani radix, vel essentiæ hydrargyri, duntaxat profuerint? Aut, si has conducere concedat, quomodo sola radix Ellebōri ægrum expediat? Aut non manifestè contradictionia sunt, quæ scribit? Diætam sine infamia prescribi nō posse scribit: alibi ipse imperat: sed non aptam imperat. Quippe legumina non modò non conferunt, verum etiam plurimū obsunt. FVR. Quam habet crocus Martis in se virtutē, quod tantopere eum laudant? ERA. Ex confectione seu præparatione eius discas velim, quam in quadam libello his verbis proponit. Metallorum crocus est quadruplex, Auri, Aeris, Chalybis, Ferri. Sed chalybis ferri croco præstat, & reuerberatione calcinatione q; quibus metallæ in puluerē rediguntur,

Crocus Martis.

tur, extrahitur. Consumitur ferrum rubigine. Hæc portio consumptio efficitur à receptione eorum, quæ rubiginem pariunt, & à coctione, quæ è rubigine colore elicunt: quod hoc modo fit. Accipe vrinæ veteris defæcatae mensuras aliquot, manip. 3. salis, injice dissoluendos, & coque deinde, despumatoq; accuratè. In decocto iterum dissolute contusi q. s. & salis ammoniaci contusi ʒ. iij. vel iiij. iterumq; vt prius despumato. Hoc licet quore potato limata metalla, & coquito dum in puluerem tundi queant. Hunc puluerem reuerberato continuè agitando spatula ferrea, dum colores variè muter, ac pellucidus reddatur. Ex hoc facile postmodum per vini vel aceti distillati spiritum tintetur euocabis, & per secretionē elemētorum, quod in fundo vasis hæret, colliges. Cæci etiam videat hanc ferri aut chalybis præparationem non posse non exitiosam fieri corporibus nostris. Planius intelligit ij, qui fortium appellatarum aqua forte. aquarum naturam habent cognitam, & quas metallis facultates communicent explorarunt. Hoc est præclarum illud pharmacum, quo tanti morbi curationem nobis pollicetur. At constat intelligentibus omnibus, verè pharmacum esse, siquidē hoc nomine id velis nominare, quod antiquis significabat: hoc est venenum. Libro de Morte alios modos hoc crocum conficiendi enumerat: inter quos primus minus videtur ex præparatione noxæ contrahere, alterum propter additum tartarum nocentius, reliqui planè pestilentes sunt iudicandi. Sed ut tandem finem faciamus, summatim dicam, remedia pro huius morbi curatione ab ipso producta, vel nihil prosunt, vel exitiosa sunt, vel ignota existunt. Solent enim (quod suprà quoq; diximus) importiores remedia quædā velut efficacissima ignotis proponebantur nominibus, ut rudibus persuadeant aliquid eos, tale possidere; cùm sint fictitia solummodo nomina,

Fictitia nomina cur importanter pharma-
macis.

quibus in vniuersa rerum natura res nulla respondet.
 Quare ab huius morbi tractatione ad Podagrā transi-
 bimus. F V R. Ego verò malim nos, quia de hydrope e-
 gimus, qui morbus ad ventrē attinet, de coli dolore sta-
 tim disceptare. E R. Constitutū habui de quatuor mo-
 narchis primū agere. Sed quia non multū refert, si-
 siue propositū iter persequamur, agè mos tibi geratur:
 ne ad ventrem à pedibus reuerti cogamur. Colicus do-
 lor à colo intestino accepit nomen: in quo frequentis-
 simè nascitur. Medici deinde aliorum quoq; intestino-
 rum dolores à colo denominarunt: & nunc quoq; o-
 mnes propè dolores intestina diuexātes vulgò colicos
 appellant. Etenim & à vermib. suscitati cruciatus, & ex
 descensu intestini ad scrotum oborti, & à calculis pro-
 fecti, & à duritie intestinorū nati dolores non nunquam

*Colicus dolor
nude nomina-
tus sit.*

Quod propositum sit huius colici nuncupantur. Nos, quibus non est propositū vel
partis. omnium morborum, vel etiam illorum, qui cum ijs, de
 militudinem habent, aut sub eodem nomine aliquan-
 do comprehenduntur, exactam curationem tradere, sed
 paucorū morborum exemplo generatim duntaxat o-
 stendere, quantò rectius nos q̄ Parac. humani corporis
 languores curemus, de eo tantū dolore aliquid dice-
 mus, qui magis propriè colicus vocatur, & frequentis-
 simè nostris hominibus accidit: siue in solo colo, siue in
 alijs intestinis inhæreat. F V R. Si te intelligo, de solis il-
 lis agere statuisti, qui absque alio intestinorum morbo
 eueniire solent, nempe propter intemperiem aut con-
 tinui solutionem absque phlegmone, manifesto ulcere-
 ne. E R A. Sic est. Paracelsus enim huius tantū sana-
 tionem scriptam nobis reliquit. Quare si de quibusli-
 mus

mus, longè ab instituto decederemus. Dolor sympto. *Dolor sympto*
 ma quoddam est sensus, non morbus: atque ideo mor- *ma sensus est.*
 bi cuiusdam proles est siue effectus. Cùm porrò dolor
 omnis vel ab intemperie partium, vel ab earum diui-
 sione fiat, prorsus est necessarium, ut vel subita vel ma-
 gna intemperies inuaserit intestina, quoties maximi
 dolores in intestinis percipiuntur, aut quoties sœui illi
 cruciatus adsunt, vel continuitas eorum soluatur. Di-
 co autem soluatur, quia cùm facta iam est solutio, nec
 sit amplius, dolor eius ratione porrò nullus fit. Etsi au-
 tem in coli doloribus aliquando intemperies præci-
 puus sit morbus, sœpius tamen solutio continui acer-
 bos illos & plane intolerabiles dolores, quos subinde
 in ægrotis non sine dolore nostro conspicimus, efficit.
 Quippe summi acerbissimique dolores, qui ab internis
 causis proficiscuntur, sponteue accidentunt, à partium di-
 visione ferè nascuntur: & maxima ex parte à flatu seu
 spiritu distendente suscitantur. Nam sola intemperies
 absque partium vñitarum distractiōne consistens, non
 & quæ sœuos asperosue dolores inducit. Grauissimi
 tunc sunt, cùm ambæ causæ vehementer agunt. Ab
 humoribus quoque distendentibus (nam erodentium
 alia est ratio, tolerabiliores gignuntur, quam à flatibus.
 In causa sunt tum alia, tum hoc in primis, quod cum *Cur flatus crux*
 imperu agit spiritus, ac violenter impellit, perpetuò *delissimos dō-*
mobilis existens: cùm humores quieti & velut ignauí lores excitent.
 plerunque in locis, quæ occupauerunt, inhærent.
 F V R N. Tanta ne vis est flatum? E R A S. Sæpe dixi,
 omnia penè quæ in hoc mundo violentissima sunt,
 spiritum habere effectorem, Turbines, Tonitrua. Ful-
 mina, terræ motus, & quæ ad imitationem quandam
 ars reperit, Tormentiorum globorum ciaculatio-
 nes: Munitamentorum omnium per cuniculos eversio-
 nes. In erosionibus, quia sensim magis procedunt,

*Violentissima
res flatus.*

vix adeo Iasperi sentiuntur cruciatus: quæ ratio in intemperie locum etiam habet. Cum ambæ causæ iunguntur, mirum non est pro ratione efficientiæ ipsarum dolores augeri. FVR. Si dolor symptomæ est sensio, aut insensibilitas, aut diminuta, aut corrupta sensio fuerit. At nullum horum verè dici poterit, sicut patet, ac multi iam rectè monstrarunt. ER. Quoniam apud Paracelsum nihil hac de re inueni, quod quidem nunc recordem, minimè tempus in ea declaranda conterere debemus. Quoniam, ut iam aliquoties dixi, illa præcipue rectè exponenda recepi, quæ ille non rectè nouare co[n]natus est. Si quid aliud interpositum adhuc fuit, non sine ratione certa factum fuit. Verbis duobus explicari hæc causa tota potest, si Aristotelis sententia rationes-

**Quomodo sensio-
nis sympto-
ma sit dolor.**

que ponderetur. Etenim sicut color malus in ægro corpore nō est ipsa ægritudo, sed huius quoddam symptomæ, ita dolor non est sensio, sed sensio quædam accidentalis affectio. Evidem ut color vegetus & floridus sanitatis quædam perfectio est, & sine ea in corpore nō inuenitur, tametsi non idem sit quod sanitas, ita vitiis quoq[ue] color morbos quosdā comitari solitus, non est ipse morbus, sed eius accidens quoddam. Hoc fermè modo voluptas & dolor sensioni, tactui præsertim accidunt: non idem præcisè sunt, quod sensio tametsi absque ea non existant. Sunt enim propria sensio, accidentia. FVR. Legi Aristotelis rationes, quibus aduerlus Platonicos probat voluptatem non carere omni ratione boni. Dum hoc agit, illud etiā ostendit, voluptatem sensio, quandam esse perfectionem accidentalem. Ex quibus illud etiam cognoscere incipio, cur Galenus dolorē dixerit symptomæ esse peculiare sensuum: & signa à dolore sumpta distinguat à signis ab actionibus lœsis desumptis. Satis indicauit talibus, se dolorē non indicauisse ipsammet sensio, sed eius qualitatem

**Dolor est sen-
tio, accidentis**

seu

sen dispositionem quandam. Quoniam autem absque
sensione dolorem fieri non posse videbat, non malè in-
ter symptomata sensuū reposuit. Hęc sic satis nūc intel-
ligo. Verū ad illud quid dicere debeam nondum vi-
deo, quòd doloris causas proximas affirms geminas
esse, intemperiem & cōtinuitatis solutionem? Quippe
Auiçenna Galenū accusat, ac si parūm scitē solam con-
tinui diuisionē doloris causam statuisset. Auerroes so-
lam intemperiem recipit: continui solutionem dolo-
rem gignere negat. Ratio quoq; probare videtur, yni-
cam esse causam proximam. Non enim possunt vnius
rei causæ effectrices proximæ plures existere. Quare si
Galenus idem sensit cum Auiçenna (multi enim iniu-
stè ab eo reprehensum contendunt) erroris conuince-
tur. Si diuersum creditit, cum Auerroe litem habebit.

ER. Negati non potest, quin vtrumq; asseuerarit Gale-
nus, dolorem scilicet à sola continui diuisione prona-
sci, & eundem ab intemperie quoq; procreari. Quare
partim iustè partim iniustè accusatus est ab Auiçenna.
Etsi verò non vnam semper tenuit sententiam, si verba
spectes, rectè tamen vtrobiq; sensit, si ad rem ipsam re-
spicias, & quid propositum ei fuerit in loco quolibet
consideres. Cùm ab vnitatis tantummodo solutione
dixit prouenire dolorem corporis (de hoc enim sermo
nobis est) cum Aristotele locutus est: & philosophicè
magis quām medicè disseruit. Evidem ut dolor fiat,
necessarium est, ut aliquid agat in partem dolentem, &
aliquid patiatur. Nam sine sensione dolorem non esse
opinabile ipse paulò antè verè dixisti. Quare non po-
tent pars vlla dolere dum sui similis & vna est. Quomo-
do enim vnū, quoad vnum existit, duo sit, agens & pa-
tiens, opinabile non est. Quare duo quædam facta est
pars quælibet ex intemperie dolens, non vnicā, sicut
prius permansit. Soluta igitur est temperies æqualis, &

*Quot sint do-
loris cause
proxime.*

*Galenus' cau-
sam doloris po-
nit nunc duas
nunc unicam.*

*Arist. de causis
doloris senten.*

facta est inæqualis. Hoc si non sit, pugna siue actio & passio adesse nulla poterit. Idem hoc scitè Galenus in-
nuebat, cùm in sola inæquali partium temperie dolo-
rem inueniri doceret. Ergo cùm pars quælibet vna sit
Vnū quot mo-
dis, pars dica-
tur. ac dici possit, vel quia sit συμφυής, vel quia sit συνεχής,
& vtrauis soluta dolorem pariat, meritò probamus eo-
rum sententiam, qui ex sola vnitatis diuisione dolorem
exoriri asserunt: modò duplicum in vnaquavis parte v-
nitatem, scilicet τὴν συμφυίαν, id est, vnitatē, τὴν συνέ-
χειαν, hoc est, continuitatem ponant. (sic enim perspi-
cuitatis causa nominare libet, ne cōfundantur res cum
nominibus) Prior consistit in similitudine siue vnitate
naturæ & temperamenti: posterior in cohæsione
partium spectatur. Nec obscurum est earum discri-
men considerantibus. Cogita te videre, quod sæpi-
pissimè conspicatus es, arborem, in qua ramus aut pax-
ei⁹ exaruerit, nec tamen à parte viua auulsus sit. Hic
vnum τὴν συνεχείαν sunt ramus mortuus cum viuente.
Differentia u-
nitatis & con-
tinuitatis. Cohærent enim absque diuisione continuitatis: quæ in
partium quantitatis connexione sita est. At non cohæ-
rent, nec vnum sunt natura, vita, temperamento: vt ne-
mo non perspicit. Ex hac similitudine atque antedictis
facilè vides dolorem fieri non posse, nisi vel vnitas tem-
periei, vel continuitas quantitatis soluatur, quarum al-
teram sine alterius vitio corrumpi posse evidentissimè
cernimus. Quocirca non est dolor omnis vnum quid-
dam, vt tu fortassis putas. Non enim habent dolor ab-
intemperie ortus, & à continuitatis partium solutione
natus genus vniuocum, sicut animalium species: sed
sunt duæ distinctæ species genere nullo tali vno com-
prehensæ. Vt igitur non est vna in vtraq; natura, ita non
fiunt ambae ab vna propinquissima causa: quod tua ra-
tio volebat. FVR. Cur ergo non semper sic locutus est
Gale-

Galenus? E R. Quia medicum agens , cùm aliter hunc,
aliter illum, pro causarum efficientium differentia cu-
rari sciret, distinguere debuit. F V R. At in libro de Sim.
pharm. facult. (in quo loco se mentem suam hac de re
explanauisse alibi scriptum reliquit) videtur soli solu-
tioni *τὸν συνέχειαν* ascribere omnem dolorem. E R. Non
est dubium, quin per eum modum dolor mordax ab in-
temperie profiscatur , quatenus *τὸν συνέχειαν* soluit,
Non aliud ibi Galenus agere voluit, quàm ostendere,
verè Hippocratem dixisse, frigus esse mordax viceribus.
Loquitur ergo de frigore externo viceribus incidente.
Hoc frigus contrahendo partes à se inuicem distrahit
& continuitatem soluit , eoq; modo dolorem inuehit.
Vtrum verò illo solo modo intemperies dolorem pro-
generare possit, ex Galeni verbis non facile demonstra-
bis, vt quæ aliud nihil probent, quàm mordicationem
inducere tum frigus externum posse tum calorē. Non
negat interim ab intemperie interna partibus inæqua-
liter impressa dolorem gigni absque eo, vt continuitas
soluantur. Si aliter cum sensisse cōstaret, cogeremur ve-
ritati potius adhærere, quàm Galeno. F V R N. Satisfa-
ctum mihi est in hac parte. Illud me torquet nonnihil,
quòd Auerroem quoque vexauisse videtur, quomodo
solutio cōtinuitatis dolorem pariat? De temperie nul-
lus admodum dubitauit , cùm in eius conuenientia sa-
lus animalium, & corruptione mors sita sit. Quocirca
dubitari meritò potest, num cōtinuitatis disiunctio do-
loris causa existat, si nulla intēperies interueniat? Dein-
de quæri illud etiam potest, cur solius tēperamenti so-
lutio & continuitatis corruptio dolores gignant?
E R. Fatuum est de effectu dubitare, quem sensus existe-
re demonstrat , quia causa eius comprehendit animo
nequit. Sectionem, contusionem, punctionem, vulne-
rationem, erosionem,ystionem, distensionem, dolores

*Declaratio sen-
tent. Galeni in
lib. de Simpl.
facult.*

*Num continui
tatis diuisio do-
lorem gignat.*

efficere sentimus. His remotis dolor cessat. Quomodo ergo non sint causæ doloris? Quo tangente afficimur, & quo remoto statim affici desinimus, id apud omnes homines, inquit ex Hippocrate Galenus, causa affectio- nis creditur. Hoc igitur contenti nunc sumus, atque per ocium causam indagemus. Impossibile est, vt sanus, qui ex repentino impulsu, vel momentanea sectione dolet, subito sit adeò factus intemperatus, vt ex eo dolorem illum percepit. Nam non quæquis, sed magna duntaxat intemperies dolorem efficit. Neq; fieri potest, vt in mo- mento tanta inducatur in partem vllam inæqualis in-

Cur due tantū temperies. Quod porrò dolorem solæ temperamenti immediate do & cōtinuitatis solutiones pariūt, in causa hoc est, quod loris causæ sint vniuersarum & singularum partium sensibilium salus in his duobus præcipuè consistit. Ergo cùm sensus tactus de huius enim doloribus hīc tantūm differimus ob id præcipuè datus fuerit animalibus, vt eius opera se continuè conseruent, id est, corruptientia deuident ac fugiant, & quæ vel vnitatem naturæ ac temperamenti subito ac violenter destruunt, vel continuatatem par- tium & cohæsionem diuidūt, sola & maximè perdant, sola cum dolore percipiuntur. Quæ namq; familiaria & amica sunt, aut nec temperamentum, nec continuati- tem affatim lādunt, ea cum voluptate aut saltē cītra dolorē sentimus. Hanc ob causam dixit Hippocra- tes, dolores tunc fieri, cùm natura partium corrupti- tur. Igitur vt continuitas principium perse agendi non sit, quia tamen absque ea nullius partis salus consistere potest, merito cum tristitia quadā cuncta illa, quæ cor- rumpere eam possunt, sentiri à tactu debuerunt: quem animantibus natura dedit ad esse, nō ad bene seu com- mode esse, vt visum & auditum. FVR. Ne hīc quidem te immorari cupio longius. ER. Commodum nunc in- mente mihi venit, quod Gregalis Paracel. ex magistri

opere

*Tactus cur a-
nimale, datus*

opinione asseruit his verbis. Facilius quoq; intelligitur dolores colicos ex acetosissimis & acutissimis tinctoris per omnia penetrantibus proficiisci, quām si ex frigiditate (quæ tanta in viuente esse vix potest, vt tam immenses dolores ciere possit) siccitate, asperitate, oriri dicantur. Et paulò pōst. Qui à contusione, sectione, vſtione, externa calefactione vel refrigeratione cōtingunt, Relollacci dolores Paracelſi sunt, id est, à corporibus vel qualitatibus mortuis producti. Multipliciter insanit hīc & alibi, infastus qui Nouator. Constat enim omnium hominū, qui vñquam vixerunt, sensu, nullos acerbiores contingere dolores, quām quos d: stenio, sectio, vſtio, cōtusio, &c. inferunt. Hi autem Paracelsicis ignauī & mortui iudicantur, vt qui ab ignauis, mortuis, inefficacibus qualitatibus producēti sint. Deinde nescit homo ineptus non adscribere medicos grauissimos dolores nudæ & simplici frigiditati. Quinimò Galenus dolorem mordacem non efficiat à qualitatibus simplicibus censuit, nisi continui solutio intercederet. Cū erodentia & mordicantia vniuersa propter salis spiritus latentes continuum solueretur, arbitratur, nimium auriculas protēdit. Non enim quicquid erodit aut mordet salem participavit. Evidēt non extitit quisquam sanæ mentis homo doctus post hunc mundum creatum, qui omnia acria & mordacia salem in se habere actu putaret. Potentia si habere, quod ad terram in se cōtinent, dixerit, meritissimò ridebitur. Quæ namq; potentia insunt, actu non adsunt, ideoquæ agere non possunt. Taceo, quod acerrimū acetum plus mordet salibus plurimis: in quo, qui plus quām in illis quærunt salis, in Sole cum factiosis istis tenebras quærunt. Quid igitur, queso te, magis & citius erodit, vulnerat, diuidit, absunit? An ob id nil nisi sal dicetur esse? Certè si in vnum omnes sales congeras, tantum tamen longo tempore non mordebunt cutem, quantum pusillus

Dolorum eas-
sa iuxta Para-

Relollacci do-
lores Paracel-
ſi

ignis momento ferè efficiet. Quem qui plus in se habere putat salis terra, dignus est, qui solo sale nutriatur: vt egregiè mordax fiat. Sed putidum & nefarium de trib. illis principijs Paracelsi commentū satis iam antè confutauimus. Manifestè cernis quām inscite, & inconsideratè audacissimi nouatores quiduis effutiant. Magister

Dolor colicus eorum nil aliud esse dolores colicos ait præter flatum.
Paracelso est At hic dolores colicos acerbissimos efficit semper ferè flatus.

distendendo, non Chærionia seu tartarea Paracelsi tintura: sicut sensus nostri nos docent. Etenim siue acetosí flatus illi sint, siue aquosi, modò multi sint, dolores gignunt. Nec acuti maiorem producunt dolorem obtusis & crassis. Quinimò res contrario modo habet. Quantò enim flatus sunt crassiores, tanto producuntur dolores sœuiores. Nō igitur Tinctura fictitiæ spirituum salis immanes colicorum dolores pariunt, sed eosdem vel distractio nimia partium vel erosio efficit. Vide verò insignem ruditatem cum incredibili temeritate copulatam: spiritus effectores cruciatuū colicorum vult esse acutos, mobiles, celeres, impetus, tenuissimos, subito atque vniuersim per omnia penetrantes. *Quis tam crudis est, qui nesciat ideò spiritus ciere dolores in intestinis, quia nusquam propter crassitatem penetrant, sed intra ipsa conclusi hærent?* Cùm primùm exitum inuenerunt, siue per ipsa intestinorum corpora extenuati permeent, siue per superiora vel inferiora exant, cessant dolores tantisper dum alij flatus succedant. Nulli vñquam homines evidentius probarunt verè ab Antiquis dictum fuisse τὸν ἀριθμὸν δύο φέπει Paracelso & discipulis eius. Requirit idem ille, vt spiritus dolorum grauiorum effectores nescio quibus qualitatibus vitalibus prædicti sint. Ego verò qualitates vitales tales non sunt dolorum authores non esse certò scio. Colici profecto

Qualitates vitales non sunt dolorum authores non esse certò scio. Colici profecto dolorum cause. cruciatus cum corde & vite spiritib. nihil habent com-

mentij

mertij, nisi cum desertis intestinis in cor impetum faciunt. Sed tunc transplantatio, ut ipsis nouè loqui libet, facta est: hoc est, mutata est prior morbi species. FVR Tempus iam est, ut unde defleximus, eò reuertamur. ER Colicos dolores per facilè iam intelligis vel ab intemperie intestinorum, vel à continuitatis eorundem diuisione, vel ab vtroq; affectu, tanquam à causa proxima proficiunt. Perspicis non minus à sola intemperie raro eos fuscitari, à continui diuisione frequenissimè moueri. Nam plerunque acerbissimi sunt hi dolores: quales ab una & sola intemperie absque continuitatis distractione prouenire nullus intelligens, puto, credit. A flatu igitur seu spiritu flatulento intestina distensione nascitur dolor colicus magna ex parte, praesertim asperior. Dixi magna ex parte, quia ab æruginosa nunquam intolerabiles fermè dolores generantur. FVR Cur affectui huic non à morbo siue continuitatis solutione, videlicet à doloris causa, nomen imponitur potius, quam à symptomate? Multò certè rectius intellexissent rem omnes, si intestinorum distractio nem vocauissent. ER Quid illos, qui primi sic nominantur mouerit, nescio. Hoc interim scio non omnem continui solutionem intestinorum dolorem colicum vocari debere, sed tantum fientem siue nimiam evocauerata, vel perrosa, vel alijs manifestè exulcerata fuerint, ut in dysenteria contingit, alijs nominibus contundunt medici, FVR At non soluitur cōtinuitas coherētientium partium in sola extensione. ER Nō soluta est absolutè, sed soluitur paulatim: hoc est, partes à se inueniē abscedunt ultra naturalē modum seu terminū. Si enim vere soluta diuisaq; esset cōtinuitas, cessaret dolor.

*Dolor colicus
plerumq; à flatu oritur.*

Non enim facta diuisio, sed siens adhuc doloris est causa. Quomodo autem in nimia tensione partes supra mensuram naturalem abs se inuicem abscedant, in tractatu de Causa continente expositum est. FVR. Memini. ERA. Flatus ut plurimum diximus gignere dolores colicos grauiores: quod ex eo clarè liquet, quod excretionem eorum per inferiora mox alleuiatio sequitur magna vel parua, prout multi vel pauci exierunt. Hoc si non fiat, nec magna frigiditatis adsint indicia, omnino ab acri aliquo & erodente seu exedente humore dolor efficitur. Sed rarum hoc est apud nos. Præcesserunt febre morbus acutus, bilis retentio: excernuntur multa, biliosa, & sine flatibus, vel paucis: amarescit os, sitis adest magna: bilis vomitus, singultus: sentitur erosio, & laiduntur plurimū calidis, iuuanturq; frigidis. Sed de hoc non multa dicemus, cùm sit apud nos minus frequens eo, qui à flatibus oritur, & difficilius curationem admittit. Colliguntur porrò flatus dolorum causæ vel in ipsa ligantur, cuitate intestinorum, vel intra eorundem tunicas. Illi fermè mobiles generant dolores, & per interualla quædam brevia recrudescentes: hi continuos & pertinaciores efficiunt cruciatus: propterea quod intra tunicas conclusi exitum non inueniunt, locumq; mutare non possunt. Quo fit, vt dum continuè tunicas à se inuicem diuellunt, magis perpetuos absq; requie aliqua cruciatus adferant. Tales fermè gignuntur ex sanguine, quo sunt totum propter imperfectionem assimilate, necelsarium est excrementa plura relinqui, quam ab ingenito eorum calore in tenuem halitum (qui pro more per exiguo meatus dilabatur) dissolui queant. Consequens igitur est, vt in crassiorem spiritum conuertantur: qui, dum per angustos meatus exitum frustra quarit, membranas seu tunicas discerpendo cruciat. Proinde fugere hoc

*signa colice
affectionis à
calore,*

*flatus ubi col-
ligantur,*

*Quomodo fla-
tus inter inte-
stinorum tuni-
cas generetur.*

hoc modo obnoxij debent omnem cruditatem, & cibos cōcoctū difficiles ac pituitæ procreandæ idoneos. In cauitatibus coaceruantur ab ijsdem causis, & insuper alij multis. Nam & propter obstructionem recti intestini à stercore duro: & propter retentam in eis lentam pituitam: & propter influxum humoris pariter cum flattibus ex venis. Euenire hoc maximè solet naturis calidioribus, in quibus copiosa bilis flaua nasci consuevit, si fortè in totius corporis venis magnam pituitosi humoris multitudinem collegerint. Et multò promptius accedit, si crassiores illi humores à diurna febre attenuati, subtiliores autem in flauā bilem excocti transierint. Ab his virtus expultrix stimulata non sine labore eos cù pituitæ parte in intestina effundit, magna cum flattuum copia. Hi ergo distendendo, & bilis mordendo, pituita autem materiam flattum generationi superpeditando morbum perdifficilem creant. Quo magis enim dolor affligit, tantò plus exagitato phlegmate flattum suscitatur: & ex venis humoris vitiosi attrahitur. Quæ omnia tantò sunt grauiora, quanto æger intestina imbecilliora obtinuit: hoc est, quanto huic morbo magis est obnoxius. Ut ergo, quod adeſt, vacues, atq; æger quiescere iam videatur, post vnum tamē vel duos vel plures etiam dies, cùm nouus humor ex venis effusus est, recurrūt omnia. Et hoc tantisper durat, dum natura sese vel exonerarit, vel aliò reliquias attenuatas deposituerit. Solet autem, velut per crisim quandam in extremos artus propellere. Etsi enim hi propter dictam causam resoluuntur, dolore tamen intestina plerunq; liberantur. Cùm non ad membra transmittuntur, sed in pectus aut spinam impelluntur, vox cum respiratio- ne grauiter ləduntur, ac tandem mors consequitur. Nullum vidi euadere ex omnibus, quibus vocis priuatio hac ratione accedit: licet quidā aliquot nuper men-

*Quæ fugere cō
lici debeant.*

*Cur in cauita-
te intestini col
ligantur flatus*

*Causa duratio-
nis dolorum
colicorum.*

sibns hanc offensam passus fuerit, antequam moreretur. Nonnullis alijs ad cerebrum delatae sunt prædicti morbi reliquiæ, ac Epilepsiam induxerunt. Aliquis in musculos ab dominis transfusæ, inq; cutē excretæ fnerunt: quibus in locis vehementer dolores concitarunt. Præter iam dictos alijs quoq; plures modi sunt generationis colicorum cruciatuum: sed ego frequentiores tantum & grauiores illos, quorū sanationē Paracelsici nobis pollicentur, recensere debui. FVR. Ex disputatis intelligo dolorem colicum symptomæ esse: morbū autem vel intemperiæ, vel continuitatis intestinorū distractiōnem, vel vtrumq; hoc esse. In grauiorib. cruciatibus fermè spiritum flatulentum distendendo parere dolorem probabiliter asseris. Et hunc vel in cavitate intestinorum comprehendendi, vel intra eorum tunicas concludi, recte, si quid ego video, statuis. Aceruari porrò ac gessucci prauis, frigore, pituitæ copia, intestinī recti obstruzione. Eundem putas frequenter admodum ex alijs partibus in ipsa influere. Tunc autem diurnos maximè dolores producere, quando per interualla ynà cum humeribus pituitosis cum bile flava mistis ex venis effundatur. Denique ex alijs quoque causis intestinae dolere, quarum consideratio limites instituti nostri egreditur. Atque in effusione frequenter accidere dices, vt, postquam sœpe rediisset morbus, natura tandem velut crisi facta vel ad artus, vel ad alias partes nobiliores causam morbi protruderet. Hæc ferè sunt, puto quæ dixisti. Ego verò non semel tantum audiui, quosdam propter vitium conformatioonis intestinorum his doloribus afflictos tandem perijisse: atque in dissectis vitium apparuisse. ERA. Ipse quoque non in pueris modo, verùm etiam in adultis talia vidi. Sed de his in præsentia non agimus. De illis disputamus, quia à supra;

*Qui colicimori
ki diuturni sint*

supradictis causis afficiuntur: hoc est, quibus intestina rectè sunt disposita, & ob accidentem humorem aut flatum dolorem patiuntur. FVR. Intellexi abs te, colicos dolores aliquando ab acri & erodente humore suscitari. Hos ergo quomodo dignoscere me iubes ab illis, quos flatus concitauit? ERA. Quoties bilis aut calidus aliquis humor in corpore genitus causa est morbi, signa eiusdem redundantis in toto corpore aut sitem in mesenterio apparent. Variant autem hæc, pro varietate partium, in quibus colligitur is humor. Dolor adest mordax & vrens: cardiogmus & animi delicia simul sæpe apparent: exeuntia cum dolore producent, & vel vitellinam, vel æruginosam bilem æmulantur: adest vehemens sitis, & vini fastidium: ad sunt vigilæ, etiam cùm dolor non vrget: percipitur in dolente loco magnus æstus: à refrigerantibus & humores biliosos edacentibus plurimùm iuuantur, & à contrarijs grauiter lœduntur. FVRN. Species huius morbi quotnam ponis? Etenim Paracelsum plures species propone animaduerti. ERA. S. Paracelsum insanire volentem decuerit absurdâ & falsâ dicere nobis danda est opera, vt à veritate non discedamus. Ego species huius morbi nullas noui, nisi quas attigi. Nam ab affecto loco, à doloris qualitate, & à varietate causarum ferè sumuntur. Aliæ namque in cauitate intestinalorum, aliæ intra tunicas causam habent. Atque modò crassa & humiliora, modò tenuia & altiora magis infestantur. Et causa effætrix aliàs simplex est, vt intemperie (quod raro accidit) vel continuitatis distractio: aliàs compofita, cùm scilicet ambæ iunguntur. Et continui diuisio tum à calidis erodentibus, tum à flatibus distensio tum à dentibus oritur. FVRN. Qua ratione dignoscitur curabilis que rabilis dolor ab incurabili dolore? ERAST. Ex circumstantijs ægitorum petenda ferè est hæc noticia. In

Species colici doloris.

Colica affectio curabilis quo sit.

genere hoc possumus dicere , quoties dolor fixus non est vno in loco , & de causa eius vel sponte vel artis beneficio aliquid excernitur, mitiore aestimari eo , in quo contrarium accidit. Grauior quoque est dolor à causis calidis proueniens , præsertim ab inflammatione : minus periculi habet à frigore natus : minimè periculosus est à simplici fæcum aut flatum retentione ortus. Sic qui ab externa causa productus est, leuior est ac breuior. Quem effusio humorum ex toto corpore efficit, plerunque in paresim desinit, postquam longo ægrum tempore afflixit. F V R. Paulus Aegineta & recentiores Græci vnà cum Auicenna hoc, quod frequēs apud nos est, pro raro & infrequente accidente referunt. Quinimò in Italia & Gallia hodie etiam insolens est, vt colicos dolores artuum resolutio excipiat. Quanquam in

Quomodo ar- Gallia sæpius visum legamus. Quod mihi scrupulum *tus post colicā* mouet, illud est, quod non satis comprehendere intelligi *resoluuntur.* gentia possim , quomodo resolutio hæc fiat, si ab humoribus crassis & pituitosis excitata ponatur . Paulus enim de membroru resolutione loquitur à calida humidaq; causa profecta, vt ex 56. cap.lib. 4. perspicimus: & proinde illos reprehendit, qui à frigore ortam putantes calidis remedij profligare conabātur. Non valde mirandum igitur videtur, quomodo calidus & subtilis humor ad neruos penetrarit, sed qua ratione frigi- di & crassiores eō perueniant, non iniuria percunctatu- rus videor. Etenim in hisce nostris regionibus, qui his doloribus conflictati tandem resoluuntur, non calida, sed frigida & pituitosa affectione laborauisse vniuersi- videntur. ERAS. Iam dixi , nullos me vidisse in *ægeon.* artuum incidisse, nisi qui longo tempore hoc malo ve- xatus fuisset: hoc est, quibus propter influxum humo- rum & flatum sæpe malum recurrisset. Etsi igitur multa confluat in talibus pituita ad intestina, non ta- men

men sine calidiorum & tenuium siue biliosorum admissione humorum ad ea confluit. Evidem ex infinitis propè nullum vidi hoc modo affectum, qui non esset natura calidiore & sicciori: & in quo non multa simul bilis generaretur. Dignum obseruatione illud etiam est, quod non statim ab initio morbi laxantur artus, sed postquam longo iam tempore durauit. Quis verò ambigat, quin crassus humor post diurnos labores, perpetuas ferè vigilias, longam inediā, multorum & continuum calidorum pharmacorum usum tandem calefiat & attenuetur? F V R. Quomodo autem ad extre mos artus peruadit? E R. Plerique omnes iudicant humores istos ex intestinis, postquam attenuati sint, sic ad manus & pedes deponi, ut in acutis morbis peccāta materia plerūq; per sudorem vacuari solet. Ratio eos hec permouet, quod corpus totum σύμπνοιω χ. σύρρεν ταῦτω, reuera est ac dicitur. Ideoq; Galeni testimonium ex 7. Aph. 54. huc citant. Alij quidam, humorēm per intestinorum tunicas penetrare intra vertebras lumborum & spinæ, indeq; ad Nucham appellatā procedere: mox secundum neroū ad artuum extremitatem descendere opinantur. Sunt & alijs quidam, qui non omnem colicæ affectionis causam ad membra transferri censem, sed illam solum, quæ ex capite in intestina defluit. Ad membra autem peruenire, quia à cōsueta via deflectat, & secundum neroū ad musculos, ad manus, ac pedes contendat. Fieri hoc facile tunc posse, cum quodammodo natura iam euicerit malum, ac dominari humorū cœperit. Duæ priores sententiæ mihi non admodum probantur. Vtraque hoc nisi videtur fundamēto, quod statuunt humorēm in intestinis collectum fuisse, qui ad artus tandem allegatus sit. At res ita non habet. Intel ligi id ex eo primum potest, quod nunquam natura per alium pituitā illā excernit: quod certe, si non semper

*Qui potissimum
post colicū doloris
resoluuntur.*

frequenter ipsam facere oporteret. Longè namque fa-
cilius crassum humorem per patentes, & à natura ad
hoc ipsum destinatos meatus, id est, per vias vfitatas &
conuenientes (præsertim ab enemate aut pharmaco
inuitata) expurgat, quād ad longinquā locā per impe-
ditissimum iter deponat. Deinde ex eo, quod per inter-
ualla dolores augentur ac minuantur. Sæpenumerò v-
bi per biduum triduumque commodè habuerunt ægri,
(quoties scilicet vel elysmate, vel pharmaco, vel sua
sponte purgati fuerunt) recrudescunt dolores subito.
Equidem post sumptum leue pharmacum, à quo pi-
tuita detracta deraſaque fuit, plerique omnes, quos
quidem vidi ipse ac curau, per aliquod tempus con-
quieuerunt illis demtis, quib. inter tunicas flatus con-
clusus mali author fuit. Postea verò cum redierunt de
integro dolores, aut etiam antequam redijſſent, mani-
festâ humoris iterum collecti signa apparuerunt. Ma-
ximè autem præsentiant recurrentes dolores, quibus
de capite causa mali destillat in ventriculum & intesti-
na. Patet ex dictis non in intestinis contineri humores,
qui ad artus reſciuntur: sed ex vénis eò potius extrudi
à natura exonerare ſeſe volente. Mirum certè fit, si ex
intestinis per iter adeò impeditum & longum ad artus
plerunque ableget potius, quād vel extra corporis ej-
ciat, vel ad alias partes amandet. Aequè absurdâ est al-
tera opinio: idq; non eo tantum nomine, quod vt pri-
ma, falso innititur principio, sed quod eo concessoni
hilominus parum verisimilis existit. Quis enim credat
humorem tam crassum per densas intestinorum tuni-
cas permeare, & per ligamenta membranasque, qui-
bus vſtiuntur & colligantur vertebræ, ad interiora spi-
næ prorepere, inde ad superiorem ipsius partem ascen-
dere, denumque ad extremitatem manuum proce-
dere? Si pertransire potuit per intestina is humor,
quo;

quomodo tantum suscitauit dolorem? Si attenuatum dixeris, nihil dixeris. Non enim adeò potuit fieri tenuis, vt per aluum non commodius faciliusque exiret. Solet etiam natura, quæ in intestinis sunt, siue in ipsis natura, siue aliunde in ipsa influxerint, per ipsa expellatur, siue aliunde in ipsa influxerint, per ipsa expellere. An tunc solùm non meminit natura usus intestinorum, cùm pituitam ibi, quæ dolorem ciet, collectam habet? Huc & illud pertinet, quòd plerunque manus aut solæ, aut primùm resoluuntur. Videtur autem natura longè minore labore, humorum crassum & grauem ex inferiore spinæ parte ad pedes detrudere posse, quam subleuare ad ceruicem, vt inde secundum nervos exeat ad manus. Solet namque sua sponte talis humor, cùm ex cerebro in spinam delabitur, per ipsam descendere ad pedes. Taceo quod oportet semper ferre totum corpus resolui, non solùm vel brachia vel crura. Certè cùm ad vertebrae thoracis penetrat humor, qui colum infestabat, vox lœditur, propterea quod exsufflare amplius ægri non possunt. At ne totæ quidem manus plerunque resoluuntur, sed extremæ tantum. FVR. Nitorum tu mihi videris à proposito discedere, ad tertiaræ opinionis confutationem accede. E R. Tertia opinio probabilis quidem est, atque adeò vera, quoties a delabente ex capite humore gignitur colicus dolor. At non perpetuum hoc est, nec in omni colica usu venit. Etenim affectus colicus frequentius oritur ab humoribus crudis ex toto corpore ad intestina effusis. Hi dum crassiores & plures existunt, quam ut à natura semel expelli queant, paulatim & secundum partes, ex magnis atque etiam propria quioribus ventri venis primùm vacuantur. Vbi iam pars eorum maxima excreta est, & reliqui propter enumeratas supradictas, diuturnum scilicet dolorem, vigilias, inediam, calorem, medicamentorumque calidorum usum,

attenuati sunt, summo conatu eos ex venis extrudit, & ad extrema membra dimittrit: cum nec longius possit, nec per cutē expurgare valeat. Ad intestina ideo non mittit, quia alio pellere iam potest, & longius ab eis diffisi sunt, atque in illorum membrorum venis harent, quibus noxam post inferunt. Vera esse, quae hic dico, is cōperiet, qui diligenter obseruare volet. FVRN. Audiu quae sit huius morbi natura & essentia, à quibus causis suscitetur, quis modus sit generationis, quae causae durationis, in qua mala nonnunquam desinat. Restat nil aliud, quam ut qua ratione curandus videatur, aperias. Sed prius me recitare oportet, quid Paracelsus de his nobis attulerit noui. ERA S. Recita. FVR. Colica est ab igne, tantumque calet: scribit ad Athenaeū. Alibi salem comburentem dicit esse cum feroore & acore. Et rursus alio loco nihil aliud esse quam flatum, siue turbinem. Etenim causas morborum, ut alias diximus, ferē morbos vocare solitus est. Lib. de morb. inuisib. tartarū esse dicit rerum externarum corpori nostro adhæscens. Plenior declaratio haec est. Sicut firmamentum totum in se mundum includit, ita cutis corpus ambit. Et quemadmodum in mundo est spaciū seu antrum, in quo iacet Chaos: (quod neque corpus est, neque spaciū replet, sed corporib. cedit, ac nihilominus vacuum phibet) sic in corpore veter est. Sed in homine amplius est quiddam, nempe intestina, quae in mundi chao (sic aerem vocat) non insunt, eorundemque obstructio. Ergo ut Eurus ab oriente, Zephyrus ab occasu, Auster à meridie, Boreas à septentrione veniunt, ita ex colicis ventis Eurus à vetriculo deorsum, Zephyrus à recto intestino sursum, Auster ab umbilico versus spinam, Boreas ab hac versus umbilicum fertur. Nec ægrotant intestinorum solum, & dolor geminatur. At hic dolor non est colicus

colicus dolor, sed salinus dolor. Huic purgatio prodest, non colico morbo: qui incorporeus est, ac ventus duntaxat existit. Tres ergo contingunt dolores. Primus à morbo elementari, quem ipsimet venti concitant: alter à nimia exsiccatione vel humectatione partium elementalium: tertius à resolutione salis intestinorum. Est autem origo mali duplex. Una cum venti sponte in nobis nascuntur: quemadmodum in Meteorolog. nostris declarauimus. Altera cum occasionem nos prebemus, frigore, humiditate, & similibus, cibo & potu non congruentibus: ira quoque & similibus animi passionibus. Eadem hæc in alio tractatu repetit. Probat autem ex eo, quod colici quidam purgationibus, alijs vomitionibus, nonnulli inunctionibus vmbilici, aliqui spinæ illitionibus iuuati sint. Damnat illos, qui bilem putant efficere hos dolores, quia fieri non possit, ut felis tantum excernatur, propterea quod fel pars sit corporis definitam habens magnitudinem, quæ excerni nequeat. Resolutiones membrorum causam ponit esse ventorum subtilitatem per omnes meatus penetrantium, sicut ventos per muros perrumpere sentimus.

Cum his, inquit, si spiritus resoluti salis intestinorum copuletur, miscetur cum eisdem, & coniunctim extera membra inuadunt: quæ dum perreptat sic deſciunt, quomodo ventus domum euertit. Hæc fermè sunt, quæ notaui. De curatione postea videbitur. E.R. Discipuli ex viscositate tartari spiritibus acetosis permista produci aiant, si cum his mechanici ventriculi & intestinorum spiritus consonent. Durare malum, donec exhausti sint fructus, quos radices ad generationem definarint. Differentias ex spirituum vitriolatorum, acetorum, arsenicalium, & similium discriminē desumi. F.V.R. Paracelsus in libro de Tartaro eadem hæc habet, tartarum scilicet, quod in cibis latet, non separari sem-

Tres dolores
in colic dolore.

colici doloris
origo duplex.

Causa Pare-
f eos membro-
rum in colicu.

per & expelli: ex quo aucto & ebulliente paroxysmi ex-suscitentur. Fieri autem hanc affectionem ex tartaro chalcanthode, à spiritibus salis coagulato. E R. Quid ad hæc nos dicemus? Refutatione opus non habent, quæ adeò manifestè non tantum cum veritate & euidentia, verumetiam inter se pugnant. Nondum enim constat, quid dolorem colicum vociter, quamvis eius causam

Inconstantia ponat. Nam modò ventum, modò salis dissolutionem,
Paracelsi. modò calorem, modò tartarum, aliquando ex his quædam, nonnunquam omnia videtur colici affectus nomine dignari: ut qui inter canlam & morbum discri-men ponere non didicerit. Sicut venti sunt quatuor, inquit, ita & coli affectus totidem existunt. Et sicut Eurus calidus & siccus, Zephyrus frigidus & humidus, Auster calidus & humidus, Boreas frigidus & siccus est, ita & morbi colici varijsunt, prout ab aliquo ex his enati sunt. Ob hanc causam etiā remedia contraria esse conuenit. Si vera hæc sunt, quomodo ignis soboles omnis affectio colica dicetur? qua ratione calida quævis affir-mabitur? Iam si dolor colicus à ventis oritur, quomodo à mucilagine tartari cui acetosi spiritus permisti sunt producetur? Grauiorem fieri affectum dicit Magister, si spiritus salis cum vento socientur. Discipulus, qui magistri spiritū hausit, vitriolatos nobis spiritus solos ad-ducit. Evidem dolorem à ventorum impetu motuq; cieri ait, deinde nímiam exsiccationē, vel intemperiem aliam augere asserit. Demum si sal intestinorum resol-uatur, acerbiorē reddi. F V R. Sed & venti ex spiriti-bus salis constant. Omnia namq; ex tribus primis concreta dicunt. E R. Id non excusat. Quàm enim non possumus nos, qui mista omnia ex elementis conflata verè dicimus, cuncta ignea vocare, vel aquæa, sic neq; ipsi omnia possunt salia nominare. Coguntur enim non mi-nus nobis rerum discrimina propter disparem mistio-

nem

nem concedere: quod eos retrò contendisse firmissimè probauimus. Et quia in hoc ipso loco nos remittit ad Meteorolog. sua, ex infinitis pauca hæc recensebo. Ignis, inquit, si in tria prima incidat, in actione est, ac operatur quod debet, prout tria illa ordinata sunt. Aliud enim est sulfur ligni à sulfure ventorū, & aliud est sal ligni à sale ventorum, atq; aliud etiam est mercurius ligni à mercurio ventorum. Ut cuiusque natura est, talis & ignis suus est, atq; operatio. Planissimè igitur vides, & res, & verba, & auctores flagitosè inter se pugnare. Sic & species statuit doloris colici Paracelsus quatuor, pro numero ventorum Cardinalium, rediuius ex orco prorepens pro differentia saliū species nobis fabricat multò plures, imò innumerabiles. An non improba & plenè inaudita est temeritas, quòd nobis tentat persuadere flauā bilem, quæ per aluum aliquando in hoc morbo secedit, bilem non esse, sed resolutum salem intestinorum? Nota verò quām bella moueat ratione impurus impostor. Bilis, inquit, membrum est solidum & fixum corporis, certam & definitam habens quantitatem. Proinde non potest ea quātitate exire. Nos de humore loquimur, de vesicula fellis hepatis adhærescente garrit malitiosus Nebulo. Si intestina tota in salem putrum resoluta cogites, non tamen eam quantitatem inde elicueris, qua nonnunquam bilis exit uno aut altero die solum. FVR. Sinamus ista nunc, & ad curationem accingamur: in quo plus utilitatís inest. ER. Primùm nobis occurrit dolor, sui ablationem indicans. Hoc enim à natura docti ægrotantes omnes à medicis postulant. Sed cùm dolor sit symptoma in operatione sensus consistens, atq; ob id à causa sua semper pendeat, & effectus naturæ inimicus à causa hostili etiam generetur, rursus indicatur causarum ablatio. Sunt autem doloris causæ intemperies subita & violenta & solutio-

Dolorum colicorum quot sint species iuxta Paracelsum

Curatio doloris colici.

continui: non facta iam, sed adhuc fiens. Et hanc sequentes illos dolores gignere ex supradictis cognouimus: sicut & frequentissimos apud nos tales nasci pariter audiuimus. Hæc igitur eliminanda indicatur. Verum quia fiens affectio est, atque ideo causa effectrice subsistit, aboleri non poterit, nisi causa prius cœciatur. Hæc autem est plerumq; flatus crassus copia sua intestina supra modum naturæ congruentem diducēs, extendens ac diuellens. Ab huius ergo exturbatione curatio inchoanda, cùm nihil mutare nos methodum cogite?

FVR. Ecquid nos cogat rationalem hanc viam, deservire? E R. Vehementia doloris nullas concedens inducas viresq; affatim prosternens, atque aliae circumstantiae plures. Cogimur enim aliquando sopire dolorem stupescientibus, antequam flatus discutere aut subduce-

Vsus stupefacientium quando conferat. re valeamus. Sed his vtendum non est in colicis, ribus à spiritu flatulento aut humore frigido creatis, nisi summum expectandum sit periculum. At cum flaua & mordax bilis acrimonia sua erodens dolorem efficit, tutior est eorum vsus. Ego sanè raro usurpaui absq; purgantibus, vt postea dicam. FVR. Si tutò posse dolor restinguiri absque causæ depulsione, primò semper hoc agere oporteret, vt video. Nūc quia plus nocet hæc ratio curandi, quam prosit, tunc solū admittitur, cùm magni periculi metu huc adigimur. Quæ si sibi habet res, quomodo medici in his morbis quis tempore dolorem mitigantia imperant? ER. Dolor est ex earum rerum genere, quæ non seipsis, sed causis suis subsistunt. Quòd fit, vt illa sola rectè ac propriè dicantur dolores delere, quæ causas oppugnant. Ergo si à calore oriatur, frigida, remedio sunt: si propter tensionem contingat, laxatio, sine tensionis remissio curat: (remittit autem tensio, cùm causa distendens abigitur.) Si mordacitas vel erosione causa sit, eius ablatio medebitur. Auferetur autem, si

Remedia dolorum. fit, vt illa sola rectè ac propriè dicantur dolores delere, quæ causas oppugnant. Ergo si à calore oriatur, frigida, remedio sunt: si propter tensionem contingat, laxatio, sine tensionis remissio curat: (remittit autem tensio, cùm causa distendens abigitur.) Si mordacitas vel erosione causa sit, eius ablatio medebitur. Auferetur autem, si

Si quod mordet, vel amoneatur, vel *magis* *magis* siue *magis* obtundatur, hebetetur, temperetur. Alijs quoque modis dolores oppugnare dicimur, sed minus proprie, cum videlicet in distensionibus emollimus & laxamus partes dolentes, causeq; distendenti maius spaciū procuramus. Minus adhuc propriè dolorem curant, quæ sensum partibus admittunt: de quibus iam dictum est. FVR. Intelligo iam dolorem curātia vel causam amoliri vel lenire, vel contemperare, vel stupefacere: & prima quidē verè curare: sic satis propriè contemperantia: minus his lenientia: minimè omnium stupefacentia. Perge ergo ad reliqua. ERA. Flatum diximus primò ejciendum esse, cùm is doloris causa est: quod sèpissimè accidere solet. Si humor exulcerans eroden- do ac stimulando cruciet, vel educendus erit, modò commodè fieri possit, vel temperandus, vt mordere desinat: vel stupor partibus inducendus. Sed de flatulenta colica præcipuè agimus. Ergo si in cauis intestinis hæreant flatus, facile vel clysmate euocabimus, vel lenit pharmaco educemus. Evidem si à duro stercore intestinis obstructis flat^r cohibiti sint, vtrouis modo promptè sanabitur æger. Conueniunt in hoc casu magis nemata emollientia: sed quia non facile admittunt nostrates, pharmacis vti cogimur. Prodest igitur cassia cum puluere anisorum aut guttis aliquot olei stillat. sem. anisorum aut fœniculi, aut carui, aut rutæ: vel manna in pingui iure soluta: vel diaprunum laxans: vel sirupus ex multiplici rosarum, aut florum persicorum, aut prunorum silvestrium, aut cerasorum infusione præparatus. Non rarò solum oleum amygdalarum dulcium recens mensura quinque aut sex vnciarum epotum mirificè contulit: vtiliter quoq; terebinthina pondere 3. v. aut vj. aut viij. deuoratur. FVR. An hæc pharma-aca flatus purgant? ERA. Irritant virtutem expultri-

*Spec. remedio
rum, quib. do-
lores curātur.*

cem meatusque recludunt, ut exitus eis pateat. Quo
 quomodo pur facto expelluntur propter naturae consuetudinem: et si
 gantia flatus non ita expurgentur a pharmaco, quomodo alia pitui-
 excludant. tam, alia alios humores singulariter detrahere credun-
 tur. Expulsis flatibus coequaluit æger: nisi forte causa no-
 uos generas flatus relista in intestinis fuerit, aut alio-
 ne in ea influant. Ergo si frigida ventriculi aut intesti-
 norum temperies producat, corrigere oportet calefa-
 cientibus cibis, potu, medicamentis sumptis & admo-
 tis. In hoc casu vnicè prosunt olea ex seminibus flatum
 discutere potentibus aromatisque per destillationem
 extracta, itemque Theriacæ & Mithridatij usus conti-
 nuatus, potiones ex vino Cretico cum nuce myristica
 trita: vinum quodus generosum, in quo bullierint aro-
 mata & panis fecalinus tritus: & quod Hippocrati-
 cum itemque Claretum vulgus nominat, vel his simili-
 lia. Ego efficacius vix aliquid inueni post Theriacam
 & Mithridat. (exhibitentur scrup. j. pondere cum con-
 serua Anthos, aut Betonicae, aut Maioranæ) sirupo Ab-
 sinthij: siquidem eius quotidie vnciam vnam cum di-
 midia ex vncijs tribus decocti ligni aloes, vel rorisma-
 rini, vel menthae, vel maioranae, vel omnium horum, su-
 mere sustineant horis quatuor ante pastum. Aet.ca-
 storium ex mulsa laudat, ac decoctum menthae Alij
 marrubium ex vino mulso commendant, quæ constat
 omnia mire prodeesse. Si propter errorem in victu acer-
 uetur, emendari is debebit. Si pituita in eis iam ante
 collecta generationi eorum occasionem & materiam
 præbeat, subducenda erit pharmaco, postquam incisa
 & abstersa prius fuerit. Mox roboranda intestina & ven-
 triculus, atq; ut probè concoquant, procurandum re-
 medijs modò dictis. Si ex alijs partibus influat subin-
 destillet ex capite, an ex toto corpore confluat (intesti-
 num

num cæcum in homine longè minus est, quām ut in eo tot humores comprehendī queant, licet quibusdam creditum fuerit.) Illud aliquando vſiuuenit, hoc sēpissimē contingit. Quippe ſanguis post crapulam frequenter conat. Quod cum propter crassitatem ac lentorem non facilē poffit perficere, ex conatu & agitatione ſtatus exoritur, qui cum humoribus ad intestina effusus dolores incipit creare. Hinc maior agitatio ſpirituū & humorū oritur, & ex perturbatione dolor augetur, quorum occaſione bona interim pars lenti humoris in intestinis contenti commouetur, tenuatur, funditur, & tandem in flatu permutatur. Abs dolore ſtimulata natura plus humorū & flatuum eodem ablegat, à quibus dolores renouantur. Itaque dolor vim expultricem excitat: hæc irritata plus pituitæ ad intestina detrudit: ab hac dolores reuocantur & augentur, & ſic veluti per circumflexum cuncta redeunt. Fit hoc crebrin, quando à diurnis febribus humores crassi nonnihil attenuati ac fusi ſunt, ac natura velut per crīsim febris cauſam propellere nititur, ſed perficere tamen non poteſt. Quæ cur diurnæ ſanè cauſa eſt, quod tam crebrò apud nos quartanæ ac febres frequentianæ ſpuriæ in affectionem colicam permuntantur. Eodem fermè modo crebrò repetunt dolores ventriculi & intestinorum, quoties ex capite defluit cauſa mali: ſed non æquè tamen diurnus & pertinax eſſe conſueuit. FVRN. Quid me facere oportebit, cùm perſpexero humorē vel ex capite delabi (quod ægri plerunque monent) vel ex venis effundi? ERAST. Dolores mitigandi ſunt quoquis modo, Fomentis tum ſiccis, tum humidis, Inunctionibus, Cucurbitulis, potionibus flatuſ dissipantibus, Cataplasmatis,

& emplastris flatus disjacentibus & euocantibus, balneis aquæ dulcis, & quibus id rationibus effici potest. Quippe quantum sedabitur dolor, tantum ferè minuetur attractio: & per consequens non tam multus nec tam sæpe effundetur vitiosus humor in intestina. Quoniam autem nulla est ratio melior ac certior à doloribus liberandi, quām si causa distendens intestina removatur, clysmatis acrioribus intestina sunt solicitanda, (quoties præsertim in inferioribus intestinis mali causa impressa hæret) quē ex herbis, radicibus, & seminibus in vino & aqua (interdum in solo vino, cùm frigiditatis maiora indicia apparent) incoctis parari iubeo. Huic decocto deinde admisceo oleum rutaceum, cicinum, liliaceum, aneihinum (non raro elect. de buccis lauri) & quæ præsentes circumstantiae postulant. Quod si ærgi frequentiora enemata respuant (quod hic nimis frequens est) purgantia ex mediocrib. interuallis, præscribo, quæ absque violentia & agitatione magna purgare

Vinum absinthium solent, quorum exempla suprà posuimus. In vsu ha-
thite pro colicis beovinum absinthite, cui tantum admisceo purgan-

cis. tium, vt quotidianæ excretiones promoueantur. Addo etiam quæ roborare simul possint, spicam, macim, ro-

Sirupus purgatorius ex chamaepithy. fas rubras, scobem ligni aloes, interdum Guaiaci, corti-
ces mali medici: & similia. Prodest etiam sirupus pur-
gatorius ex aiuga seu chamaepithy herba concinnatus.

In hoc enim casu maximè caendum est, ne fortib. phar-
macis potentiam expultricem inquietam reddamus;
cuius rei causa opij aliquid admiscere soleo. Vt si drach.
vnam specierum hieræ vel aloes exhibitus sim, adi-
cio opij & castorei ana gr. vel sesquigranum, interdum
etiam duo. Rondelerius catapotia quædam effusæ lau-
dat: quibus tamen yti hucusque non potui. Valde enim
suspecta habeo, quæcumque ex naturæ suæ proprietate
possunt ac solent offendere. Per clysteres audacius in-

fundit

fundi iussi opium cum sapa: quia sciebam non diu in-
 hærere. Hac de causa purgantibus, quæ stuporem indu-
 cunt, misceo, ne diutius, quām par est, intra corpus ma-
 neant. Et cūm iam corpus propè mundatum coniçcio, Retrabentia
 auertentia præscribo: quibus humores persudorem va- ab intestinis
 cuentur. Itaque decoctum Guaiaci propono, & manè quando usur-
 haustum calidum sumere iubeo, ex quo mediocriter panda.
 sudent. Qui ventriculum habent imbecilliorem, ijs 3.j.
 Theriacæ optimæ in aqua stillatitia cinamomi aut vi-
 no generosiore dissolutæ exhibeo aliquoties, vel tertio
 vel quarto die. Conferret hoc tempore plurimum vsus
 succi Cydoniorum ante pastum horis tribus aut qua-
 tuor sumtus vel cum vel sine aromatis, pro circumstan-
 tiarum diuersitate, nisi cohibitionis alui metus abster-
 ret. Evidem præclarè oscula venarum corroborari
 hac ratione possent, ne tam promptè intestina recipi-
 rent excrementa. Sed quia in hoc morbo nihil est fre-
 quentius, quām intestinorum occlusio, vt sæpe ne ven-
 tus quidem exire possit, non ausus sum vti hoc reme-
 dio in alijs, quām quibus aliis erat laxior, & liquida
 bilis deiçiebatur. Qui post remissionem morbi seu do-
 lorum ex retentione excremētorum nimia incommo-
 dum sentiunt, & ne relabantur in eosdem timent, ijs
 consulo, vt inter prandendū loco vini absinthitis, quod
 in principio mensæ nostri homines in vsu & ferè in de-
 litis habēt, supradicti vini aut alterius similis haustum
 bibant. FVR. Cum cibo igitur misces pharmaca pur-
 gantia? E.R. Benigna & leuia. Nec id facio sine succes-
 su (quanquam repererim quibus non profuit, sed no-
 cuit. Quare circumspicere diligēter omnia prius oportet,
 quām imperes: & cūm non conducere videris, rem
 alia via aggredi) nec sine exemplo. FVR. Memini iam
 de hoc negotio retrò nobis dictum fuisse. Hoc solum
 in præsentia interrogandum occurrit, an non permista

Ratio præser-
uandi à rela-
tione.

cum cibis in venas penetrare necesse sit? Quām nō potest hoc non esse periculosum, facile omnes intelligunt. E.R. Non fit. Etenim secretrix facultas mala à bonis discernit, & hæc attrahit, illa vero per intestina expellit. Nunquā ne vidisti vomentes reijs cere materiam omnis generis vitiosorum humorum, & cibos potusq; nuper haustos retinere? Cūm vinum nigrum babitur, manifestissime, quod dico, accidere cernitur. Cūm aliquando pars aliqua benignior ad hepar pertransit, per vinas mox vacuatur: vt in illis videmus, qui Rhabarbarum ederūt. Dixi fermè, quomodo curare solitus sim colicos, qui mali causam in cauitate intestinorum habent, siue nata ibidem fuerit, siue ex alijs partibus in ipsa influxerit. Quibus addere hoc volo, me, quoties ex capite de-

Colicorum capitatis uitio quo modo succurrendum. stillare conijscio, caput fricare: & suffumigis humorem exsiccare conari: provino aquam Cinnamomi & Mastiches, aut decoctum Guaiaci, cui mastiche in fine adierat. Ita sit, imperare: scarificationes scapularum præscribere, per nares humores euocare: lotionibus, pulueribus inspersis, odoramētis absumere. Superest nunc, vt pacula de illis dicam, quibus intra tunicas clausus haret distendens spiritus. Purganda primū ab excrementis & pituita sunt intestina per clysteres, & epora medicamenta. Validioribus hīc vti licet, si nullus adsit affectus alius prohibens, vt aliquid ex ipsis etiam tunicis eliciamus. Deinde exhibere oportet tum alimenta tum medicamina flatus dissoluentia: de quibus suprà quoque diximus. Hīc Theriaca, Mithridat. olea ex aromatis, calidis seminibus ac herbis, vt Rore marino, Maiorana, Matricaria, Mentha, Hyssopo, &c. vi ignis euocata maxime valent. Vnicè quoque prodest hic decoctum Guaiaci. Nec segnius curat sudor abs herbarum in vino coctarum vapore elicitus. Sumi debent iam nominatæ, his similes, & in primis extremitates iuniperi: vnā cum semic-

seminibus Cumini, Carui, Rutæ, Viticis. Possunt eadem hæc pannis aut sacculis inuoluta & expressa ventri imponi: & cùm ad intima vis penetravit, locus dolens dis- cutiente aliquo oleo calido accuratè & liberaliter in- ungi. Quod multis egregiè non tunc solum contulit, quando in intestinis & ventre malum hæsit, sed etiam quando in pectore, spina, lumbis, brachijs, cruciatus or- qui sunt, humoribus per crisim eò transmissis, tale est.

Rec. olei Laurini, Rutacei, singul. vnc. j. olei Nardini, pin- gued. vulpis sing. drach. j. s. olei stillatit. *Hyslopia*, gutt. *Oleum pro colicis.*
ij. Camphoræ gr. ij. Misceantur. His facilè addet vnus- quisque, qualia conuenire quoquis loco & tempore iu- dicabit. Laudant veteres, & meritissimò laudant Cu- curbitas cum larga flamma admotas. Debent autem magnæ esse (non paruæ, instar earum, quæ in vsu hîc sunt) quales in Italia habent: vel his etiam maiores. In earum inopia poculum vitreum accipere licet. Tan- tum hæc conducunt non in hoc solum casu, verume- tam in alijs speciebus colici doloris, in quibus non subest multa materia, ut dici satis non possit. Hæc de curatione affectus huius dicta nobis iam sunt.

F V R N. Non multum discedit ab hac methodo Para- celsus in horum dolorum sanatione. Tametsi colici aliquando, inquit, curantur inunctione vmbilici, non nunquam vero dorsi, interdum alii solutione, nec raro etiam vomitu, vna nihilominus est curationis ra- tio, ut flatu dissipentur: deinde ut temperamentum corporis restituatur: (vtrum autem frigidius, calidius, humidius, siccus redditum sit, excrementa indicant) postremò ut dolores à sale resoluto proficiscentes ex- crementorum subductione tollantur. Antequam lo- nim membra resoluta curare aggrediamur, corpus pu- rificatum sanatumque oportet. Et mox. Summatim lo- quendo, duplex est curatio. Vna ventis aduersatur:

altera materiam, quam post se reliquerunt, nempe resolutum salem abstergit: tertia cōtractis membris consulit. Quantum hæc discrepant à dictis à te? E.R. Plurimum. Primū enim Eurum per solam alui citationem, Zephyrum autē per vomitum tantum vacuari ait. Boream & Austrum extra corpus negat educi, sed consumeret eos sic iubet, quomodo lumen alimento carens emarcescit. Deinde curam Austri ponit Zibetum & Egesum, Boreæ Saternolam, Euri vinum Reualium cum oleo, Zephyri papauer. Sic discutiuntur, inquit, flatus, non purgationibus, vomitu, enematis, balneis, &c. Salem solutum sola enula campana rite expurgat. Resoluta membra aurum solutum in vino centrato correcto curat. Quòd si eis desit humiditas, id emendabit balsamum cum galbano, oleum vulpinum cum vino correcto, & oleum terebinthinæ. Quid hic simile est? FVR. Sed concludens ait, se alia remedia non damna-re. E.R. Siue damnet siue probet, verum tamen hoc nihilominus manet, pugnare fœdissimè, quæ de curatio-ne huius morbi duobus capitibus scripsit. Quocirca nihil est opus, vt in eis confutandis immorer longius. Illud addam, quandam ex discipulis tentauisse aliquando hunc morbum pellere solis pinguibus. Praecepit enim ægro, vt immensam butyri, olei, pingued. anseris, gallinæ, taxi, suis, vulpis, partim deuoraret, partim illini-ret dorso, ventri. Aut nesciuit hic Boreas ne an Auster, Eurus an Zephyrus spiraret, aut simul omnes flare putauit. Vtrum opinatus sit, malè tamen curauit. Nam ægrum propemodum perdidit, & magistri placita, quæ se certissimè tenere iactabat, minimè seruauit. Potest tamen hoc posterius excusare, si dicat illum maximè se qui Paracel. qui certi nihil sequatur, & pessimè semper instituat ac agat vniuersa. Si dolores eos compertum habuisset à mordacibus succis productos, improbitatis & au-

*Curatio colico
rum peradipes*

& audacis inficiæ prætextus erat, mordacitati adipes fuisse oppositos. (sic enim, puto, excusare conabuntur, quod in lib. de Morb. inuisib. legimus, remedium nullum esse melius ad cauendum adhæsionem tartari ad intestina, butyro & oleo.) At ex contrariè temperatis ventis cùm audierit Præceptorem dolores creare, qui potuit omnibus vnum remedium adhibere? In hac ipsa curatione contraria contrarijs opponi debere contendit. Quocirca non possunt ijdem adipes omnibus conuenire. Quid hinc sequitur aliud, quām eos interficere potius, quām sanare? FVR. Noui ipse etiam Paracelsicos, qui ex colicis occiderunt, quotquot curandos suscepérunt mihi notos. ERAS. An præstantiores duce suo censes? Is quotquot fermè curare tentauit, etiamsi principio iuuare visus fuit, tandem venenatis suis pharmacis occidit. Quid Basilienses ab eo curati perpeſsi fuerint, suprà iam diximus, & ante nos rara & excellente vir eruditione D. Theodorus Zuingerus, Philosophus & Medicus Basiliensis præstantissimus in præfatione, quam libris Santis Ardoyni de venenis præfixit, his verbis testificatus est. Multi enim quibus phar-maco hoc suo benedicto (Laudanum intelligit Paracelsi) dolorem omnem exemerat, non multò pōst per caloris innati suffocationem & extinctionem interierunt. Viuunt etiam num viri dignitate, virtute, pietate & doctrina præstantes, qui ad vnum omnes intra annī spaciū diem suum obijſſe affirmant, quicunq; Basileæ Paracelsi pharmaca intra corpus sumſiſſent: licet initio præclarè ab eis adiut. iderentur. Nolo particulares historias recitare, & foeda homicidia recensere, ne odio magis incitatus, quām veritatis studio motus fecisse puter: præfertim cùm ex hoc grege improbus hircus me tacitè perstringere calumniariq; ausus fuerit. FVR. Plenè mihi satisfactum putabo in huius morbi

Butyrum et o-
leū preſeruat
à doloribus co-
licis.

curatione, si, quod dictum adhuc non est, rationem curandi resolutionem propter coli dolores ortam indicaueris. Parac. enim de Contrac. cap. 3. longè aliter mem-

Quomodo colici resoluatur Quomodo colici resoluatur tus colici ventrem pro more naturā; sua infestant, in. tuita Parac. quia resoluatur, quām tu suprà docuisti. Cūm crucia- morem vitę ad se attrahit, spolians eo membra alia mi- nus carnosa, scilicet brachia, crura, spinam. Nam in his vi- tæ spiritus debilissimus existens, facilè ad dolores ven- tris transfugit. Et quia paucus est, totus transmigrat, id quod in carnosis partibus non vsuuenit. Cūm in ven- trem ad dolores accurrit, ac membra illa deseruit, cum doloris causa copulatur, & venenositate eiusdem tin- gitur. Inde post solutos dolores in suum hospitium re- gressus, humores ibi inuentos eadem inficit qualitate, qua inquinatus ipse in intestinis fuit. Nonnunquā hu- moris cōtaminati aliquid secum refert: interdum à ca- lone balnei retractus colici humoris parte comitatus redit. Lib. de Colico dolore paulò aliter hanc rem de- scribit, dicens. Flatum natura subtilissima corpus ag- grediens facilè resoluitur sal, vt ex duobus spiritibus v- nus fiat, ac si duos in aqua una colores miscuisse. Ergo cūm usitati eius meatus occlusi sunt, sua tenuitate per- trahit, cavitates iuncturatum querit & occupat. Et quia salis spiritum consociatum habet, plus ibi dolorum gi- gnit, synouiam, eiusque spiritus inficiens. Reliqua iam antē breuibus attigi. ERA. De curatione quid adferit? FVR. Secundo tractatu de Contract. Remedias, inquit, aperire poros & calefacere humores, humectare insu- per arterias & neruos (in eodem gradu, in quo morbus est) nec non virtute peculiari contractis resistere de- bent. Præterea instaurandus est spiritus vitæ, quod con- fortantibus efficitur subtilissimus corpus totum perua- den,

dentibus: ut aurum poculentum, oleum auri, (Nam in *Auri potestas*
efficacia.
 auro adeò mirifica vis inest, vt corroborandi res nulla
 vires maiores possideat: sed solum morbos in summum
 gradum sublatos curare omnes possit, vitæ spirituum
 seu humoris amplificatione) substantiam vñionum,
 arcum sulphuris, essentiam stimmios, aquam vitæ &
 tartari, oleum vitrioli, quintam essentiam coralliorum.
 Hæc medicamina singula satis pollent ad curandum
 contractum quilibet, siue frigida ea sit siue calida. E.R.
 Quisquis non perspicit fabulas & somnia esse, quæ re-
 censuisti, is verè nihil in his rebus videt. Quomodo re-
 solutio oriatur multò, quām Paracelsus nouimus me-
 lius. Neros combibere humorem oportet, siquidem
 resolutio sequi debeat. Non migrare autem natuum
 & insitum calorem seu humorem vitæ partium ad alias
 partes, nimis notum est. Quare mera figura nobis
 narrat. In curatione sui similis est. Primum contrarijs
 qualitatibus pugnare iubet: mox remedij aggreditur
 opus, quæ omnibus ex equo qualitatibus inimica sunt.
 Spiritum & humorem vitæ solis alimentis instaurari
 & augeri, ex superioribus patet. Aurum quomodo
 cunque paratum in substantiam corporum nostrorum
 transmutari nulla vi naturali posse æquè manifestum
 est. Quid igitur de viribus auri in augendo humore
 congenito garrit impurus carnifex? Ex reliquis quæ-
 dam prodesse possunt loco & tempore debito usurpa-
 ta. Quanquam rarissimè concurrere circumstantiæ
 possint, quæ vsum eorum tutum reddant. FVR. Quo-
 modo tu curas hoc modo affectos. Paulum Aegine-
 tam moderatè frigefacientibus & corroborantibus cu-
 rare satis noui. Videtur is humorem resolutionis auto-
 rem calidum iudicuisse. Palam certè libro tertio an-
 numerat resolutionibus ab humore acri mordaciique
 profectis; tametsi medicum frigidis curantē vituperet,

Aeginetæ sen-
 tentia de reso-
 lutis post colli-
 cam.

E R. Calidam & humidam affectionem iudicauit, sed non immodicè calidam. Ideq; pharmacis vtitur modicè refrigerantibus (aut non validè calefacentibus) & siccantibus. Ratio quoq; consonat. Vix enim humores crassi & pituitosi ad extremos artus protrudi possunt, nisi vel attenuati (& ob id calefacti nonnihil) sint prius, vel tenuem calidumq; humorē permistum habeant: cuius ratione per meatus angustiores ad longè dissipata loca ducantur. Animaduertendum est, quod multos absq; pharmacorum vsu sanatos esse scribit, quod nunc etiam accidit. Sanè plurimi, adeoq; maior pars ægrotantium vel sponte sanantur, vel thermarum usurpatione restituuntur: rariores medicamenta à nobis postulant. Adeò plerique lœtantur, cùm se ab immanissimis illis cruciatibus liberatos sentiunt, vt resolutionem pro nihilo ducant. Qui consilium petunt, hos ita curare ferè soleo. Vbi materia multa est & crassa, tumorqe resolutos propter coli dolores.

res. durus, & cutis albicat, decocto guaiaci (in quo incidentes herbas interdū incoquo, hyssopum, serpillum, cha mæpitym, pulegium, faturegiā, & similes) foueo, & stuppa in hoc madefacto inuoluo, ac sæpe renouo. Parte iam maxima vacuata, geraniū & pruna sylvestria simul incoqui iubeo, & similiter foueo. Interdum thermas arte paro, similes naturalib. ex prædictis herbis, & prærea nitro, sale, alumine, & in hjs quotidie semel aut bis membra per horæ spaciū aut eo amplius continere impero. Aliquando etiam fumo commemoratarum & similiū herbarum in lixiuio cum sale decoctarum fueri membrum præcipio: & post fotum cataplasmate resoluente simul ac roborante contego. Et adhuc quidem ita successit consilium, vt me eius pœnitere non possit. Nemo enim nō percuratus est, licet tardius paùlo quam ij. qui ad thermas bene prius purgati abierunt. Duos vidi, qui absque tumore & absque humoris indi

cio, solas manus resolutas habebant. His māndauit, vt manus vapore, qui de molari lapide ignito aceto consperso tollitur, probè calefacerēt: ac mox medicamentum calidum ex corroborantibus & adstringentibus compositum imponerent. Erat id confectū ex cupressi glandib., hypocystide, acacia, malicorio, oleo cydoniorum, terebinthina, styrace, myrrha, & piscium glutine in aceto dissoluto. Et quia tenaciter partibus hoc medicamentum adhāret, quibus calidum apponitur, iussi ut tertio quartōe tantū die remoueretur. Interim monebā ut manē & vesperi manus medicamento contractas, vel ad fornacem, vel ad ignem hactenus calescere patarentur, ut penetrasse calorem persentirent, ac de-
mum pannis calefactis inuoluerent. Hunc vaporē *v̄sus vaporis* in resolutis,
ideò adhibebam, ut meatus aperirentur, & roborantis medicamenti vis altius faciliusq; ad neruos penetraret, quo nisi peruaisset, nihil sperare poteram. Deinde ut humor, quem nerui combibissent, commodius ac citius absumeretur. Habet enim hic vapor vim exsiccandi non instrenuam, teste Galeno. Idem crassiores humores incidere, ac per densiora corpora in profundum permeare, inq; ijs contentos succos dissipare solet. Cæterū affectionem non absq; humore constitisse, cām ex alijs plurimis, tum ex hoc intelligebam, quod prop̄ subito resoluti fuissent. Si ob nudam solamq; intemperiem euenisset talis resolutio, sensim ac vix longo tempore nata fuisset. Satis autem constabat, mali causam non in neruorum, qui ad manus distribuuntur, principio, sed in manibus ipsis constitisse. Quoniam partes supra carpum optimè omnes habebant, quod esse non potuisset, si neruorum principia affecta fuissent. Sed nec illud metuebam, ut tenuiore parte resoluta, cæteri in scyrrhosam duritiem abirent. Etenim aquosi erant & tenues: nō crassi, lenti, multi. Nec quia calidi possent

videri minus confidenter hoc remedio vtebar Nam vt initio tales sint, temporis progressu refrigerescunt, & calorem partis quasi suffocant, vt manifestò atrophia laborent: id quod in vtroq; factum cernebatur. At verò quia nō satis erat partes eas calefieri, sed easdem oportebat corroborari, adstringentibus siccantibusq; post fotum vti eos iussi: quippe vehementer debilitatæ furent. FVR. Supereft iam , vt de Podagra simili ratione disputemus. Nam huius quoque morbi sèpius curati gloria falsò tument Paracelsici. ER. Ego verò certissimè scio, multis iam annis quoscunque noui hoc contactos (de Paracelsi pecoribus loquor) non modò frustra id tentanisse, verum etiam aegris pericula maxima creuuisse. FVRN. Audiuimus iam suprà de magistro illustrem historiam: de discipulis non dissimiles legimus in lib. D. Cronenburgij nuper edito. Præstat nihil minus eadem via hunc etiam morbum examinare, qua prior res excussum: cùm præsertim plura de hoc morbo Paracelsus scripta reliquerit (mihi visa) quam de quouis

Nominis Po- alio. ERA. Fiat, quod petis. Podagra nomen est nacta à dagra signifi- loco affecto pedib. scilicet: sicut Gonagra à genu, Chir- ragra à manibus. Mentagra à mento, ioculari primùm posuic. Iaſciuia, mox usurpato vocabulo, vt ait Plinius. FVR.

Cur hæc addit Plinius? ER. Vt ostenderet displicere sibi vocabuli vitiösam compositionem. Est enim ex Latina & Græca vocibus duabus contra consuetudinem eruditorum conflatum: quæ sunt Menthum & ἄρχα. Significat autem nomen hoc à verbo ἀγρέω deductum, capturam seu captionem: vt Podagranihil aliud significet, quām pedum apprehensionem. Est porrò Podagra inflamatio pedum seu articulorum in pedibus: loco solūm differens à Chiragra, Gonagra, & omnino arthritide. Nam si uno tempore inflamatio corripiat plures vel omnes articulos, arthritis malum nominatur.

tur: si pauciores aut vnicum apprehendat, ab affecto
loco nomen sortitur magis speciale. Quæ sit notio no-
minis diximus. Quæ pars affecta præcipuè sit, pariter
indicauimus. Quippe si non articuli, sed partes alia in-
flammantur, podagra non erit, sed vel inflammationis
absolutæ, vel alio nomine appellabitur. Cæterū non Connexiones
est omnis ossium connexio vnius modi. Nam alia mo- ossium plures.
tus gratia inter se coniunguntur, alia motu omni ca-
rent. Quæ motus causa non sunt iuncta, ea vel coale-
scunt inter se absque interuentu materiæ, scilicet fun-
gosa (in quibus non oritur podagra) vel materia qua-
piam intercedente concrescunt, nempe dura, & σύνφυ-
νε nuncupatur medicis. Horum coalitus raro quidem
sed tamen aliquando morbum, de quo agimus, sustinet.
Committuntur motus gratia quadam, & vel obscurum
ac difficilem habent motum, vel manifestum. Priorum
iunctio συνάρθρωσις, posteriorum Διαρθρωσις vocatur:
que ambæ ossium καὶ ἄρθρον compositionis species in
alias deinde differentias seu species diuiduntur. Nobis
in præsentia sufficit hoc scire, in utraque dicta conne-
xione plerunque oriri Podagram. Quocirca vocitanda Podagra quid
erit Podagra, pedum inflammatio in articulis interli- sit.
gamenta, tendones & membranas sedem fixam habēs.
Et ne hoc quidem satis fuerit, sed aliud præterea oportet
addere, ne fiat à causa externa, vt contusione, vulne-
re, aut alia simili, sed ab interna, vt fluxione. FVR. Quid?
an per decubitum humorum, aut crisim, aut per colle-
ctionem sive congestionem sensim factam orta in pe-
dibus inflammatio non nominabitur podagra, licet in
cauitatibus articulorum humor fuerit collectus? ER.
Minime, si propriè loqui velimus. Etsi enim in articulo-
rum cauitatem inciderit humor, atque hos cum vici-
nis partibus inflammet, ac proinde à podagra, si rem i-
psam intuecamur, nihil differat, podagram tamen appel-

Locus affectus
podagre.

lare non solemus, quia non repetit. Potest igitur initium & occasionē podagrā præbere, podagra nō prius vocabitur, quām per interualla morbus redeat. Rarò etiam fit, ne dicam nunquā, vt post febres diuturnas per crīsim ad pedes depulsus humor in articulos decūbat. Per carnes & cutem aliasq; partes dispergi magis solet. FVR. Ex dictis intelligo Podagram esse inflammatio- nem articulorum pedum ab humore ex alijs partibus per interualla quædā sponte influente natam. Nā quæ propter euidētes causas semper nascitur, ac spōte nunquam prouenit, podagra nō vocatur. Scire nunc velim, ē quibus partib. humor podagram efficiēs prodire plerunq; solitus sit? Alios enim video solū caput fontem huius morbi cōstituere, alios hepati primas in eo fuscitando tribuere, alios ventriculū præcipue accusare, plurimos totum corpus suspectū habere. Deinde à quo humore s̄epius generetur? Postremò quis sit generationis modus? ERAS. Succi podagrā fabri magna ex parte, quantum vsu & obseruatione cognoscere videreq; potui, de capite in pedes descendunt. aliquando ab hepate demittuntur: interdum etiam ex pluribus adeoq; præcipuis partibus simul effunditur. Evidē ægri plerunq; manifestè sentiunt humorem ex capite per ceruicē, latera, dorsum, instar aquæ defluere cum horrore seu leuitate, frigore: quod motus humorū efficit. Præcessisse ut plurimi narrant capitis grauitatē, ceruicis & spatularum dolorem: ac præsensisse morbum se, qui s̄epius laborantur, palam affirmat. Omnes fermè tales catharri destillationibus sunt obnoxii, multumq; expsuunt. Frequenter affliguntur, quibus hepar natura dedit calidius vna cum cerebro. Tunc enim illud perpetuò ferè vapores sursum tollit, hoc propter patētes meatus promptè recipit. Iam q̄ totum corpus aliquēdo sanguine nimium ad pedes exonerat, præsertim si hepar ab eo grauetur, is tan-

Vera podagrica
definitio.

Quæ pars se-
pius generet
podagram.

tantum dubitare potest, qui, quid fiat quotidie, non sat
tis attendit: aut præjudicatam habet in animo contra-
riam opinionē. Etenim si ob hanc causam in alijs par-
tibus oriuntur inflāmationes, quis in articulis ob can-
dem nasci posse, imò crebrius nasci oportere inficias
eat? Sanè articuli, pedum præsertim, cæteris partib. pro-
pè omnib. sunt imbecilliores: vt qui à caloris fonte lon-
gius absint, & ad excipienda supra se positarū partium
excremēta non solū opportunē positi, verum etiā quo-
dammodo facti & confirmati videantur. Facilius enim
excrementa grauiora deorsum labuntur, quām ad alia
loca propellātur. Et vacua loca facilius quām plena sus-
cipere, quæ ad ea confluunt, apta nata sunt. Quibus ac-
cedit hoc etiam, quod laboribus magis defatigantur,
aerisq; iniurijs plus alijs expositi sunt: & denique q; na-
tura mucum quendam ad motus faciliores reddendos
vel intra eos generet, vel ex alijs partibus ad eos mittat.
Huius ratione promptius recipi excrementa podagrā
concitantia nullus ambigit, arbitror. Sanè frequentissi-
mè gignitur præsens morbus à pituita subtili & aquo. *Podagra ex aqua*
sa: quæ naturaliter ad iuncturas propter modò dictam *quosa pituita*
vtilitatem alegatur. F V R. Quibus signis distinguam, frequens est.
Vtrū ex capite an ex epate, seu toto corpore pèdes gra-
uentur? E R. Quæ symptomata fluxum capitis præce-
dere comitariq; soleant, dixi. Quib. adiçere hoc debeo,
dolores & tumores nō subitò augeri, sed paulatim cre-
scere: nec sç̄pe vtrumq; pedē aut plures articulos simul
cōprehendere, sed ferè ab uno articulo incipere. Item
humores mali causas pituitosos potius, quām sanguini-
neos esse: quo etiam fit, vt in affecta parte color cutis
de principio non mutetur. Sed nec venæ partium supra
locum lœsum sitarum primis dieb. intumescunt, prius
quam à dolore cōturbata natura sanguinē eodem de-
mittere cœperit. Cūm per venas vel ab epate, vel alijs si-

mul partibus decurrit inflammans humor, absunt pri-
mū supradicta symptomata, pedes repente dolent
grauissimè, citò cum febricula vel corporis inæqualita-
te intumescunt ac rubent, tumores magni statim fiunt,
ac multas simul partes eodem ferè tempore inuadunt:
denique venæ manifestè in tibijs & supra pedes tument
ac rubent statim à morbi initio. Ventriculus causa est
remotior, quatenus crudorum humorum generatio-
nis causa exsistit: atque ut pluribus caput vaporibus re-
pleatur efficit. Sæpius autem generatur podagra ab hu-
more misto quàm sincero. Ego profectò semel tantum
vidi à pura pituita genitam in quodā nobile ab Helm-
statt: qui absque omni dolore ægrotabat, si in quiete
manus ac pedes seruaret. Nullus rubor conspiciebatur,
sed tumor albū, laxius satis: tametsi articuli nodos ha-
berent, ac multis retrò annis pedibus insistere prorsus
non potuisset. Vidi etiam Bononiæ quendam, qui cum
ex sola flava bile, seu biliosissimo & tenuissimo sanguine,
laboraret paruo aut nullo ferè tumore apparente
de intolerabili calore conquerebatur quem frigida in-
fusa celeriter extinximus. Quos præterea vel in Ger-
mania vel alibi vidi, omnes ex pituita & sanguine mo-
dò puriore modò impuriore mistis ægrotarunt. In cau-
cur humor po- sa sunt duo. Primiū est, quod sanguis in huic morbo
dagre mistus subiectis corporibus plerunque pituitosus est. Alterum
sit, quod ferè semper caput aliquid consert excrementi ad
eius generationem: etsi solū & principaliter morbum
non producat. Quotiescum paucō sanguine multa pi-
tuita in affecto loco reperitur, nō multum dubito, quin
principium mali à cerebro sit profectū. Hippocr. etiam
in lib. de Affect. arthritim, ex quo genere est podagra, ex
bile & pituita nasci scribit. Et nominatim de podagra
loquens ait, est hic morbus sanguinis à bile & pituita
corrupti. FVR. Num potuit is, qui ex sola pituita ægro-
tabat

*Quid uentricu-
lus conferat
podagre.*

grotabat pedibus ac manibus Podagricus recte appellari? Si podagra inflamatio est pedum , inflamatio autem omnis tumor est calidus, nullam ille in pedibus inflammationem passus fuit. ER. Sanè indicas. Tunc enim inflamatio nulla conspiciebatur, sed solus tumor albus,laxus,mollis, cum obscuro aut nullo dolore apparebat. Ideò autem Podagricus vocari poterat, quia à morbi principio sanguis cum pituita confluxerat ad pedes,eosque corruperat. FVR. Quæ causa est pituitosi humoris ex capite ad pedes vsq; descensus? Vtrum sponte sua eò commigrat,an à cerebro eò cum mandatis mittitur? ER. Cùm cerebrum vel caput quantitate aut qualitate humorum irritatur, consurgit expultrix virtus , eosq; extra caluariā ejicit ad vicinas capiti partes. Hæ rursus propellunt ad contiguas, idemq; faciunt aliæ omnes,dum ad articulos pedum deuentum fuerit; quos, replet ac distendunt, in eisq; dolorem & tumorem efficiunt pro copia & qualitate sua. Detruditur autem humor ad pedes potius,quam ad partes alias,cùm vel ab ortu vel propter accidens aliquod imbecilliores evaserunt. Tunc enim excrementa, quæ partes aliæ robustiores à se amoliuntur,suscipiunt, & neq; retropellere,neq; in alias vltierius trudere valent. Si robusti sint, vel non suscipiunt vel retrocedere, & in loco debiliore consistere cogunt. Replentur autem ac tenduntur primò articulorum cauitates, deinde etiam membranæ, chordæ, siue tendines, & ligamenta tum alia tum ex peritio enata, partesq; aliæ circumstantes. Dolor ergo in profundo plerunq; cum motus impedimentoo percipitur , priusquam manifestè intumescant partes externæ. Postquam in alto humor fæuijt,viamque sibi ad exteriora aperuit,ad superficiē siue partes externas prodit,tumoremq; conspicuum reddit, ac leuius affigit. Nam partes extimæ laxiores sunt mitioreq; cum do-

Causa descen-
sus humorum
ex capite.

Generatio po-
dagriæ quomo-
do fiat.

*Quomodo hu-
mor ex pro-
fundo ad super-
ficiem repa-.*

lore distenduntur. FVR. Quomodo viam sibi patefacit humor crassiusculus & frigidus per membranas & ligamenta corpora adeò dura? ER. Dum distendendo efficit dolorem accurrente ex vicinis partibus calore & spiritu incalescit & rarescit. Dolore autem perdurante attrahitur sanguis ex proximis ac remotioribus etiam partibus, qui in partes superiectas articulis incumbens calorem auget, meatusque laxat. FVR. Atqui res docet, tumorem & dolorem sàpenumero maiores effici. ER. Hoc inde accidit, quòd dolore acerbiore in caco-chymo corpore oborto plurimos humores ad affectum locum concurrere, morbumq; sensibiliter augere necessum est. Quoties enim tam multi accurrunt, non superficiem & carnosas tantùm partes occupant, sed in ipsam quoq; articulorum cavitatem nonnunquam penetrant. Aliquando propter calorem accidētis humoris & spiritus plus flatuum generatur: vnde dolores exacerbantur. FVR. Quæ causa est, quòd ab uno fermè articulo incipiens ad reliquos sese extendit? ER. Iam mulversus dolentem locum confluent, nec ab articulis, iuxta quos transeunt, arceri, vel longius mitti possunt, ibidem subsistunt, eodemq; modo afflidunt. Principiò enim humor ferè paucus defluit, ideoq; insensibilis tunc est eius decubitus. Sed cùm hic deinde cœpit dolorem facere, commoueturq; expultrix virtus cum sanguine ac spiritu, maioreque vi expellit, quòd partes vel copia vel qualitate in festat. FVR. Audiui causam, propter quam se caput exonerat, quæ communis est omnium fluxionum. Audiui non minus cur ad pedes deuoluatur humor. Simul quoque modum generationis podagræ obiter explicari animaduerti. Sed habeo, quæ me dubium reddunt. Primum nescio per quas vias humor de capite descendat, per venas ne an per carnes?

*Cur ab uno sa-
pe articulo in-
choetur.*

Questiones.

Dein-

Deinde nondū satis intelligo, cur articuli potius, quàm partes aliae repleantur & patientur? Evidem videmus nonnunquam pedes vehementer ab humorib. intumescere nihil patientibus articulis: id quod in hydropticis vel oedemate laborantibus clarè appetet. Mouēt enim hi sine dolore pedes: quod fieri non posset, si cavitates humore essent distentæ. Præterea quæri potest, cur in vnius quàm alterius hominis articulos facilius subinflatur humor? Scire illud etiam aueo, qui fiat, vt inflammatio podagræ non similiter suppuretur, vt cæterarumpartium inflammations? Quam audiui rationem adduci, quia partes lœsæ duræ, imbecilles & frigidæ sint, animum meum non explet. Nam humores inflammationem in membranis, neruis, ligamentis, ossibus producentes in pus transmutari videmus. Deinde, vt probatum nōdum dissoluit. Cur enim qui in cute & mucosulis partibus collecti sunt succi per podagrā in pus non transmutantur? Similis propemodum difficultas in hoc est, quod podagræ nunquam conuulsione corripiuntur, cùm ea frequentissimè inflammatis neruis accidat. Non expedit quæstionē Galenus, neruos non inflammari asserens. Quippe difficile est creditu, membranas & ligamenta, corpora densa & dura humoribus impleri, neruos autem longè moliores & rariores immunes euadere. Adde quod Aetius affirmat eos permadescere, quod certè verosimilius est. Ad hæc vbi responderis, Paracelsi placita considerabimus. E R A. Descendere aliquando per spinam dorsi solet, atque in humilima eius parte per foramina neruorum magnitudinum ad pedes descendantium exire, & iuxta eosdem in pedes usque defluere. Saepius autem per musculos subiecte rectæ descendit. Ille descensus fermè est insensibilis, & podagram facit tardè augescentem, hic manife-

stius percipitur, citiusq; sese prodit, ac breuiore tempore augetur. Neq; mirari debemus, quod non in medio itinere subsistat. Sunt enim partes mediæ ut plurimū robustiores. Nam maxima pars Podagricorum partes carnosas, pectus, latera, & viscera admodum habent robusta, vt fluxiones pituitosas non facilè retineant. Per venas si descendenteret, sanguinis in se plus haberet, nec perciperetur descendere. Adessent etiam alia signa, quæ diximus defluxum per venas partim comitari partim consequi. Iis accedit, quod excrementitus podagræ humor in cerebri substantia natus vel aceruatus intra venas non continetur: & proinde non facilè in easdem ingreditur. Sed quid opus hic verbis? Sic fieri, vt dictum est, sensus demonstrant. Modum si non intelligimus, ob id non sequetur rem non esse. Natura, ut ait Hippocrates, facilè viam sibi ipsa inuenit: præsertim in corpore, in quo partes omnes tantoperè inter se conspirant. Cur articuli, præcipue pedum, promptius affligantur, dictum est. Princeps causa est vel nativa vel acquisita imbecillitas, quæ magis in partium inepta conformatione consistit, quam in rebus alijs. Hippocrates (authorem hunc ideò cito libentius, quod eum solum aduersari cipiunt videri non prorsus reijcere) in lib. de Art. monet, certis quibusdam hominibus articulos quodam faciliè excidere, alijs contrà difficillimè. Sanè noui ipse quendam, cui humerus leuissimam ob causam luxatur. Is medico nō eget ad restitutionē: sed sibimet ipse nullo negotio reponit. Causam exponit Hippoc. his verbis. Nosse igitur expedit, naturas à naturis multū differre ad hoc, vt elabentia facilè incident. Differt etiam acetabulum ab acetabulo: quū aliud alio facilius transcedi possit. Plurimum item differt ligamentum nervorum: vt quod in alijs remissum sit in alijs intentum. Differt etiam habitus corporis. Quas facilis aut diffilis

*Imbecillitas pe-
dum in quo ma-
xime consistat.*

celis luxationis causas verè profert Hippocrates, cas-
dem constat esse facilis aut difficilis receptionis humo-
rum. Quātò enim natura magis est parata ad grauan-
dos pedes, & acetabula minus aptè sunt efficta, & caui-
tas est amplior, ac ligamenta laxiora sunt, tantò citius
hi quām aliæ partes affluentem humorem admittunt.
Quòd si acetabula ritè sint efformata, ossa arctè inter-
se iuncta, vt cauitas amplior non oriatur, quā ad mo-
tum necessariò requiritur, & ligamenta tenta sint ac du-
ra, articulosq; bene tegant ac munitant, vix patebit adi-
tus humori ad interiora articulorum. Hinc fortè acci-
dit, vt partibus alijs infarctis articuli cōmodè mouean-
tur. Fortasse in hydrope ideò motus non tollitur, quia
humor aquosus facile cedit. Si podagricū vidissem hy-
dropicum factum, possem certius de hac re pronun-
ciare. Quippe talem necesse est admittere humorem a-
queum intra articulorum cauitates. Qui enim arceant
humiditatem hanc tenuiorem, qui prohibere ingres-
sum crassioribus non potuere? Nisi hoc dicere velis,
eos admittere facilius pituitam, vt familiarem succum.
Est enim mucus talis in articulis semper, siue ibidem
gignatur, siue aliunde colligatur. Neque dissentia-
neum est à ratione, sic excrementa hæc à natura ad ar-
ticulos mitti, quomodo ad certum usum bilem flauam
in intestina, nigram in ventriculum effundit. Quòd si
ergo podagrī in hydrope incidentes ab aqueo hu-
more non impediuntur in motu, aut non ingreditur in
spatium articulorum aqua, aut ob eam causam, quæ di-
stincta fuit, non incommodat. Ex recitatis pariter perspi-
cis, cur alias alio facilius podagra laboret. Habet enim
singuli ferè homines certas partes magis iniurijs certis
obnoxias quām alijs. Ex quo præcipue oritur, quòd ea-
dem excrementa colligentes, non tamē īisdem parti-
bus ægrotent. Ad quartum in promptu est causa.

Qui articule
tutiores sint à
podagra.

Cur alijs alijs
facilius poda-
gricisiant.

Podagre hu- Non enim ab humore apto ad suppurationem fit Po-
mor cur non dagra. Quippe nec pituita, nec bilis, ex quibus sæpiissimè
suppuretur, generatur, suppurari solent. Huc etiam pertinet partis
frigiditas & imbecillitas. Nam à talibus etiam sanguis
difficulter in pus permittatur. Raræ certæ inflammations
in digitis manuum & in pedibus suppurantur.
Fit tamen aliquando, sed raro, cùm scilicet in carnosis
partibus & cute solummodo sanguis colligitur. In Po-
dagra non fit, quia sanguis ad cutem sparsus paucus est
ac impurus, multa cum pituita, bile, alijsq; sordibus mi-
stus. Membra namq; ferè excrementa duntaxat à se a-
molientes ad vicinas dolentes propellunt. Deinde par-
tis patientis ea est natura, ut vel nunquā vel admodum
raro tardissimeque inspersum humorē in pus vertat.
F V R. Partis naturæ tribui aliquid hīc debere non infi-
cior: sed maiorem in humore occasiōne esse arbitror.
Nam in alijs quoq; articulis, in quibus caloris & carnis
plus adest, valde insolens esse video, ut eorum inflam-
mationes suppurentur. **ER.** Sic res habet. Nam arthri-
tim patientes multos menses vidi, in pus humorē per-
mutatum non vidi: tametsi non parum adesse videre-
tur sanguinis impuri. Si ad œdemata & erysipelata re-
spicere velimus, admirari hanc rem facile desinemus.
Major in postrema videtur latere quæstione difficultas.

Cur non con- Nunquam aut rarissimè conuelli Podagricos (nisi epi-
uellantur po- leptrici fiant. Sed tunc in cerebro, non in pedum nervis,
dagrici. spasmī causa consistit) certum est. Nec minus evidens
est intellectui alterum illud, scilicet nervos non inflam-
mari. Si enim inflammarentur, non possent non fre-
quenter conuulsionem gignere. Ego ob id nihil tale pa-
ti podagricos autumo, quia humor neros circūstans,
aqueus & pituitosus sit, eosque magis laxet, quàm ten-
dat. Hæc si non est causa, quæ sit me nescire ingenuè fa-
teor. A frigidis humoribus mordacitatis expertibus,

præ-

Præsertim aquosioribus non facilè spasmum produci notum confessumq; est. F V R N. Meas nunc partes agam: & quid de hoc morbo à Paracelso scriptum notaverim indicabo. Etenim quæ de specieb. signis, & prognostico sciscitari volebam satis explanata iam sunt.

Quocirca nisi aliter tu indicas, pensum meum absolutum. E R. Facilè patior: vt qui iam diu in portum exire gestiam. F V R. Tractatu quodam de Podagra, nil esse ait, quām sulphur in Synouia accensum & fæuiens, ex duobus primis conflarum. Alio lib. de Podagra & speciebus, in quo scipsum [insaniendo] visus est superare voluisse, hæc legimus. Quid corpus podagræ (sic vocat materiam efficientem tumorem) est aliud, quām corpus salis? Quid aliud est, quām glacies? quām Synouia? Ibi solummodò est Podagra, ubi glacies existit. Quod extra eam est, non podagra, sed cius accidens est (alibi scribit liquorē esse, qui in essentia sua nil sit aliud, quām minerale salsum, vel suicum acetosum: quorum illum podagram æstuam, hunc hyemalem esse dicit) Species. deinde podagræ ex salium speciebus sumendas putat: quarum enumerat 78. præter salem glaciei, cōgelatum & maris infinita penè genera. Ex omnibus podagram generati, at in curatione minimè opus esse omnes distinctè nosse putat. Tractatu de Elleboris duas ponit species, quarum unam ex sanguine nasci, alteram ex influxionibus capitis ortum capere arbitratur. Locum affectum contendit esse Synouiam, cum prius ossium coniunctiones solummodò affici dixerit. Addit his vesicam, renes, scrotum. In Param. causam podagræ nec tartarum, nec sulfur, nec sales, sed mercurium, eumque præcipitatum, statuit his verbis. Quemadmodum extra corpus corrumpitur hydrargyrum, ita etiam ipsum corrumpitur: nempe destillatione, ac mortem subitanam efficit: sublimatione, atque maniam phre-

Sententia P 4-
racelsi de po-
dagra.

Species salium:
cognovit Paracel-
sus 78.

nitimq; parit: præcipitatione, & arthritim podagramq;
concitat. Corruptiones prædictas inducit calor coctio-
nis, exercitiorum, cœli & astrorum. Hæc sunt, quæ nunc
michi occurrerunt. ER. Adijcam discipuli sententiam,

Paracelsicoru^m vt integra sit fabula. Constant, inquit, semina podagræ,
sententia de or arthritidis, cephalæ, hemicrania, οἰδημάτων, ex impuri-
tu & causa po tatis colicis, acutis: in quibus tinturæ salium acerbæ,
dagræ. pontagiosæ, amaræ, salsæ, acres, acetosæ, tartareaæ, vitrio-
lataæ, nitrosæ, aluminosæ, aronicæ, vrticosæ, persicariosæ,
&c. delitescunt: quarū tamē prædestinationes ad vlcera-
tiones non festinat, nisi longa circulatione vel peregrini-
norum spirituū admistione vlcerosas proprietates ac-
quisuerint. Et post aliqua. Itaq; excitatis radicib. poda-
gricorum affectuum, si in sanguine sedes habuerint, ef-
feruescunt, & spirituales tinturas ad loca domestica,
(suspecta vocat Hippocrat.) demittunt: ibi fructus præ-
destinationum reuolutiones dolorosa symptomatum
calamitate absoluunt. Vbi à radicibus in sanguine ha-
bitantibus ad ipsas matrices, id est, ad articulos vel sy-
nouiam peruererint, (obscura vel manifesta interim de-
se documenta in itinere dabunt) Iam tormenta inci-
pient, inflationes, tumores, calores, rubores: durabitq;
hæc symptomatum miseranda carnificina, donec effe-
uerscentia spirituum cessauerint. Non nunquam à prin-
cipio in synouia prima radicum rudimenta implantan-
tur non aliter, ac in sanguine. Suntq; tales podagræ ve-
hementissimæ: quia in elemento potentiss. fouentur.
Horum morborum origines ad sanguinis, bilis, pituitæ,
melancholiæ, serosorum humorū defluxiones, retulerunt
alijs: & podagræ differentias calidas, frigidas, humidas,
siccas, adduxerunt. (Ditiores fuissent, si albas, nigras, viri-
des, cœruleas, rubicundas, lucidas, addidissent) fal-
tas, acetosas, pontagosas, amaras, acutas, vitriola-
tas, tartareas, aluminosas, nitrosas, berberizatas, aca-
tiosas,

tiosas, si intellexissent, sanguinem, bilem, pituitam, melancholiam, temperamentaque caliditatis, frigiditatis, siccitatis, humiditatis, in ænum repudiassent. FVR. Nihil audio præter Paracelsi figura verbis ornatiōribus vestita. Cauisse tamen videtur, ne tam apertas contradictiones in paucis verbis ostētaret. ER. Quid ad ista dicere nos oportet? Podagram nomine vno dicit Synouiam vocari. Sic autem noniniant Ichorem ex vulnē artis articulis aliquando promanantem seu exstallantē: atque membrum nobile acutissimiq; sensus faciunt: si cut alibi iam monstrauimus. Si podagra est ille Ichor, quomodo dicitur sulfur accensum in Synouia? Hoe perinde est ac si phrenitum. quia in cerebro fit, ipsum esse dicam cerebrum. Quomodo erit sal, si est sulfur? Quomodo idem glacies defendi poterit? Num glacies, sal, sulfur, synouia, tartarum (quippe non vno solū in loco tartarum facit podagræ fabrum) res vna eadēq; sunt? Quo argumēto deinde probabitur Mercurius esse præcipitatus? An hic etiam idem est cum prædictis omnibus & singulis? Tria ergo prima, Sal, Sulphur, Mercurius, res vnicā sunt, non res distincta. Vnicum est igitur res vniuersarum principium materiale, non tria: ut cum præceptore mentiuntur discipuli. Quanta est in podagræ speciebus inconstantia? Nunc duas, mox plures, postmodum infinitas ferè ponit. Si in curatione inutilis est earum distinctio, quomodo discipuli horum tinturas alias caloris effectores, alias frigoris authores asseuerant? An nihil interest, calidum aut frigidum morbum suscepere curandum? Quis post natos homines vesicam, renes, virgam, serotum, podagra laborare existimauit? De Synouia satis iam prudem dictum fuit. Non est ea aliud, quam crudus & serosus humor, qui à principio ex inflammationibus emanare solet.

*Synouia Para-
celsicorū quid*

*Tria prima Pa-
racelsi res una
sunt.*

Argumentum ergo est inflammatae partis, ex qua exsudat. FVR. Cur membrum adeò nobile dicunt? ERA. Nescio, nisi si ob id faciunt, quod plurimos mori videantur, quibus ex vulneratis articulis hic Ichor visus est existare. At non hoc efficit periculum, sed affecti loci natura & proprietas. Nam idem ex aliarum partium inflammationibus exiens, præter cruditatē nihil indicat: Quo pacto sedes erit hic podagræ, cum sit inflammationis crudæ symptoma: cumq; ante inflammationem in parte non insit? De sophista garrulo & impudente illo quid dicas? Præceptore non est sanior. Primùm scire velim, quid simile habeant oedemata cū arthritide, cephalæ, & similib. morbis dolorificis? Evidem oedemata dolorum vel nullum vel obscurum efficiunt, ac proinde iuxta eorum hypothesim ex colicis & acutis spiritibus tincturas illas acerbas salium in se habentibus non dignuntur. Quod tumores & inflammations ex spiritu salium oriri opinantur, alibi abundè confutatum nobis memini, Quæ de spiritibus ulcerantib. vel non ulcerantibus, itemque de podagra per se & per consensum garnit homo ineptus, miseratione magis quam refutatio- ne digna sunt: cum insignem ruditatem & insciā mīseri nouatoris manifestent. Non videt misellus, se, dum podagræ curationē pollicetur, probare nullis eam remedijs sanabilem. Si enim non ante cessat carnificina, quam spiritus efferuescere desierint, atque hi spiritus prædestinationē reuolutiones, ut sunt infallibili scientia ornati, absoluunt, non prius efferuescere desinent, quam munere suo perfuncti sint. Quare frustra tentabimus ante digestum tempus ferociam eorū compremere, dolorum vehementiā mitigare, paroxysmorum tempora cursumq; impedire. Podagras rectè ponimus calidas & frigidas, prout ab humore calido vel frigido producūtur. Nam sensus & omnes sani homines com-

Oedema & podagra morbi sunt diffimi-
li.

probant. Acetosas illas, vitriolatas, aronicas, ne Diabolus quidem author talium fictionum aliquando vidit. FVR. Non cupio plura de hac quidem re nunc audire. Illud expecto ut curationis methodum tradas. ERA S. Curatio podagrae.

nl curatione primùm occurunt nobis dolor & impe-
ditus motus, lègarum actionum symptomata, & tumor:
partim instrumentalis, partim similaris morbus. Hæc
quia præter naturam adsunt, ipsi metræ griseæ indicant ab
lationem sui: hoc enim à medicis præcipue postulant.
Cæterum dolor cum fiat à distensione iuncta cum in-
temperie, his manentibus non restinguetur: nisi sensu
delere aut obtundere velimus. Motus quoque restitui
non valebit, quantis per humor intra articulorum cau-
tatem hærens figuram eius naturalem corruptit. In re-
motione igitur humoris, qui & figuram vitiat, & disten-
sione atque intemperie dolorem parit, tota curatio cō-
sistit. Hoc dempto conualuit æger: nec supereft aliud,
quam vt ne recurrat morbus præcaueamus. FVR. Ergo
quod ego curationem podagræ cum multis nomino,
tu præseruationem vocas? Non rectè percurauisse dici-
tur, nisi qui redditum eius impediuit: sicut epilepticum
sanauisse creditur, non qui de paroxysmo ægrum exci-
tauit, sed qui affectionem paroxysmorum repetentium
causam exterminauit. ER. Vt cuiq; libet, ita appellare
potest. Siue duplē curationem ponas, paroxysmi
& affectionis, à qua originem trahit: siue illam curatio-
nem nuncupes, hanc præseruationem dicas, non mul-
tum refert. Interim non te credere oportet, eandem
prosorsus esse rationem epilepsia & podagræ. Nam in il-
la est quædam affectio venenatum, siue peculiari mali-
tia præditum, spiritum gignens: quæ modis omnibus, si
fieri possit, eradenda est. In podagra nihil tale est in cor-
pore. Quod enim cerebrum, exempli gratia, humorem
molestantem à se depellit, in eo naturaliter sicut debet

In quibus eu-
ratio podagræ
conficitur.

Non eadem est
ratio in poda-
gra & in epi-
lepsia quietis
ratio.

agit. Verum ut hæc habeant, ego perspicuitatis causa vsitatè nominabo. Primum igitur de paroxysmi curatione, hoc est, tumoris amolitione agam distinetius.

Indicationes in curanda poda gra. Indicationes à natura morbi sumptæ, huc nos deduxerunt, vt tumorem auferendum intellexerimus. Cærum tumor vel sit adhuc, vel est iam factus. Fieri dico,

Tumor siens et factus quis uo- quādiū in principio est adhuc, siue dum adhuc memo- ratu dignus humor ad patientē locum affluit. Factum cetur. aio, cùm nihil notatu dignum accedit: siue cùm fluxio cessauit. Dum sit inflammatio, duplex se nobis offert indicatio. Quod enim in partem decubuit, vacuatio-

nem: quod adhuc in itinere est, sui retractionē vel deri- uationem indicat. Et quod partem iam dolentem obsi- det, vel est impactum, vel non impactum. Prīus repellit, alterum discuti aut vacuari debet. Cùm facta est, ac hu- mor per substantiam partis dispersus inhæret: vt retro-

In paroxysmo podagræ raro repellimus. plius, sed vel sensibiliter vel insensibiliter vacuantibus opus est. In podagra repellentibus vix unquam uitur. Primum quia inanis fermè est eorum usus. Nam vt cu-

tem contrahant, non tamen ex cauis articulis quicquā exprimunt: vt illud sileam, quod repulsio ex partibus imbecilliorib. ad debiliores raro succedit. Deinde quia dolorem in excarnibus hisce partibus augent, à quo flu xio magis prouocatur. Tertio quia partes sunt ignobi- liores, à quibus redundantes succi non temerè sunt re- uocandi in venas. Naturalis est ac recta actio, cùm, quæ nobilibus partib. infesta sunt, vel extra corpus ejciuntur, vel ad viliores deponuntur. Postremò quia materia podagræ magna ex parte inutilis est atq; excrementi- tia: quam in pedibus consumi & discuti magis expedit quam in venas repellit. Si uitilitatem aliquando attule- runt, ex eo accidit, quod sanguinem succū per muſcu- lorum venas superficiem eorum sub cute perreptantes deſſuen-

defluentem represserunt. (nam in profundo latentem non mouent.) Hac ratione profuit cataplasma Archigenis ex quinq; folij radicibus & malicorio confectum: de quo Act.lib. 12. cap.33. agit. Discutientibus tantū addere repellentium possumus, quantum ad seruandum robur pedum sufficit, ne omnino debilitentur, & velut latrina quedam totius corporis fiant. Ob eandem hanc causam, neque reuulentibus multum vtimur, nisi & reuellant simul & vacuent. Minus enim incommodi patiet redundans & excrementitus humor in pedibus, quam in alijs quibusuis corporis partibus. Nec multò secus habet in deriuatione. Quocunq; enim humorem fluentem abducamus, plus nocebit, quam si in pedibus absolumatur. Si autem vel repellere pariter & vacuare, vel fluentes humores deriuare extra corpus ilceat, vtilles vtique ambæ fuerint, reuulsio scilicet ac deriuatio. F V R N. Quia reuulsionis & deriuationis à te facta est mentio, vehementer velim hanc rem mihi plurib. declarari: præsertim cum medicos in hoc capite audiam dissentire. E R A. Huius rei explanatio ad hunc locum non pertinet. Etenim Paracelsici hac de re nihil peculiarter scripserunt: & medicorum dissensio in verbis fortasse magis quam in rebus sita est. Si tamen cognoscere desideras, quid meo iudicio de hac causa vniuersè generatimq; dici possit, thesibus tibi ad disputandum propositis, ne hic sim longior, exponam. In præsentia sufficit monuisse reuulsioni pariter ac deriuationi raro locum esse in podagra propter commemoratā paucitatem antē causam. F V R. An cum ad pedes sanguis multus descendit, venæ sectione retrahi non debebit? E R. Rarum hoc est. Iam enim dictum est, ferè excrementitious humores eò depelli: ac melius esse, ut in parte viuore potius quam principe, aut ad vitam magis necessaria morbum pariant. Adde quod humores, qui præ-

Cataplasma
Archigenis.

Vene sectione in
paroxysmo non
sepe prodest.

cipuè morbum concitant, intra venas non continen-
tur. Quare illi tantummodo reuocari venæ sectione
poterunt, qui per venas defluunt. At in horum vacua-
tione cardo rerum nequaquam vertitur: nisi multùm
sit, quod defluit, ac sanguis in corpore multum redun-
det. FVR. Saltem purgans medicamentum pulchre
per intestina ex capite defluentem pituitam deriuare,
extraq; corpus educere poterit. ER. Aequè incerta hic
sunt omnia. Vix enim, imò ne vix quidē motus humor
ad intestina pertrahi poterit, cùm extra venas effusus
est. Etsi enim, qui in parte aliqua retinetur quietus,
nonnunquam exinanitis vasis in ea iterum subeat, non
sæpe tamen id fit: præsertim cùm ad certum aliquem

*Frictiones &
ligaturæ quan-
do commoden*
locum decurrere iam inceperunt. Frictionibus, ligatu-
ris, & similibus remedijs, si maximè posset retrahi, re-
uellendus non foret. Cùm enim nihil memoratu di-
gnum vacuent, inutiles humores ad partes alias attrahent.
FVR. Si vera hæc sunt, nunquam reuellendus
erit confluens ad inflammationis locum sanguis. ER.
Nequaquam id quod dicas consequitur. Si enim ad lo-
cum nobilem, cuius ægrotatio cum periculo animalis

Quid agèdum coniuncta est, concurrat, quis non videat ociam in
primo circa loci casu non esse? Ergo nihil aliud agemus circa locum
cum affectum. passum, quām vt dolorem primum anodynus sedemus.
Hic enim præcipua est causa confluxus sanguinis & hu-
morum, qui post principium mali & repletos articulos
accedit. His adiungemus frigefacientia, quando cū in-
signi rubore feruidus seu adurens calor infestat. Dolo-
ribus mitigatis illa imponemus, quæ infarctos humo-
rus dissipatis roborantib. & siccantibus pristinum ro-
bur articulis reducere studebimus: ne porrò sint, quām
expedit ad suscipiendum succos tales procliviiores.
Quòd ante omnia totius corporis habenda sit ratio,
quia

quia commune præceptum est, & ad morbi cuiusvis cu-
rationem æquè pertinens, non habet admonitione o-
pus. Victus quoque ratio ea debet institui, quæ morbi
causæ opponatur, & à circumstantijs præscribitur seu in-
dicatur. FVR. Quia hoc morbo laborantes parum sunt
solliciti de paroxysmo præsente, raroq; ad eius depulsi-
onem aduocant medicos, (nisi cùm alia mala simul ac-
cidunt) non est, cur hic immorer longius. Indicare mo-
dum & rationem prohibendi reditionem paroxysmo-
rum qui posset, hic excellens putaretur medicus.

Hoc verò est, quod in primis & singulariter omnes o-
ptant podagrī. De hoc inuento gloriantur Paracel-
sus, & qui eum sibi ducem elegerunt. Sed hic quid ha-
bes certi ac veri, Apolline & Aesculapio maior & ho-
noratior eris. Quòd si nihil hīc habes amplius, quām
cāte ri, hoc saltē vt ne graueris mihi exponere te oro,
quid hunc morbū insanabilē efficiat? ER. Ego præclaris-
simè auctum mecum semper putauī, si eruditōrū hominū
scripta intelligentia assequerer, vtiliterq; ab eis inuen-
ta rectē usurpare didicisse, tantum abest, vt superare
eos me posse vñquam vel somniauerim. Quamobrem
non debes à me expectare meliora illis, quæ vel à sum-
mis in arte nostra viris diuinè excogitata, vel multorū
seculorum vsu periclitationeq; artificiosa comproba-
ta accepimus. Suprà ostendi, quid in causa sit, cur præ-
stantissimis remedij sāpe nihil proficiamus: quod sci-
licet, nō sic eis vtimur, quomodo illi nobis ytenda præ-
scriperunt. Podagræ curatio integra non est impossi-
bilis, vt confirmatæ elephantiasis: et si admodum est
difficilis. Quod dico, non tantum ratio docet, verume-
tiam experientia comprobat. Evidem duos ipse cu-
raui, qui grauissimè per multos annos quotannis de-
cumbere soliti erant. Percurauit plurimos hisce annis
elapsis vir optimus & chirurgus felicissimus, D. An-

*Quid singula-
riter optant o-
mnes podagr.*

*Curatio poda-
græ non est im-
possibilis.*

Quomodo Andreas Perusinus Romanus. Impressit autem ægris canteria sub genubus & humeris quatuor: catapotia leuiter purgantia dedit ex breuib. interuallis per anni spaciū vtenda: quibus addere solet puluerē cotidie per aliquot tempus usurpandum. FVR. Demiror plurimū adeò paucos curari, si curabile est hoc malum. ERAS. Quod in alijs morbis contingit, vt quod sæpe iuuit, alio quando nihil prospicit, hoc idē in Podagræ curatione tanto accidit frequentius, quanto hic morbus plurimis alicet. Causæ principes podagræ līs curatu est difficilior. FVR. Quæ causa est tantæ difficultatis? Principes causæ putantur esse partium mitutæ tentium robur, suscipientium imbecillitas, & materiaæ copia. Prima reprehensione digna non est. Etenim optandum omnibus videtur, vt partes principales quilibet sortitus sit robustissimas: aut si tales à parentibus non acceperit, tales efficere industria & arte possit. Altera, Galeno teste, Podagræ causa effectrix non est, sed tantum facilioris generationis occasio existit. Si enim materia in corpore nulla partes robustiores, inquit, solum auget, atque ad excretionem contentorum proritatem, non generabitur utique ob id podagra, quod articuli pedum debiliores vel ab ortu facti, vel post illud tempus redditi sint. In materia igitur maxima culpa est: sed huius collectio cum prohiberi valeat, nō video cur tanto labore currentur podagra cōflictati. Mouet non nullam mihi suspicionem hæc res, non sic eam generari, quomodo ab omnibus ferè creditum adhuc fuit. ERAS. Podagram propriè sic vocatam tumorem esse pedum, nullus mortalium, qui modò mēris esset compos, inficiatus vñquam fuit. Hunc deinde tumorem ex influxu humorum enasci, non minus est evidens & certum. (Cùm enim per congestionem colligitur materia tumorem & dolorē concitans, sicut in Gallico morbo sæpe cōtigisse vidimus, aliis est à podagra morbus.) Qui,

Quibus enim machinis absq; influxu tam citò suscite-
tur tumor tantus? Quocirca nihil hic est ambigui. Sed
ne illa quidem reprehendimus, quæ de parte tum mit-
tente tum recipiente attulisti. Verè namq; aiebas, ma-
teriam vel copia vel qualitate irritantem, præcipuam
esse generatiuis causam. At non rectè addebas, sem-
per ipsius prouétum facile præcaueri. Quippe rari sunt, *Tumor pedum
per congestio-
nem collectus
nō est podagra*
qui ita exactè curioseq; viuant, vt non in plurimis sub-
inde delinquant: præterquàm quòd multa incommo-
da aeris, aquæ, & similiūm cuitare non possumus. Illud
principale summiq; momenti est, quòd quibusdā ma-
gna alimentorum pars, quantumcunq; sobriè degant,
in bilem, nonnullis in pituitam, alijs in alium succum
conuertitur, quemadmodum in hydropicis accidere
videmus. Reperiuntur non pauci, qui perpetuis cathar-
ris vexantur, licet in alijs visceribus nullus magnus la-
psus inueniatur. Quàm multi enim sunt, qui in ipso v-
tero in prima conformatione partes inæqualiter tem-
peratas nacti sunt? Tam rudis, puto, nullus est, qui
non perspiciat, prouentum excrementorum vberio-
rem in talibus prohibere velle nihil esse aliud, quàm
Aethiopem lauare. Iam si ijdem pedes quoque adepti
sint imbecilliores, vix podagram effugiēt: & postquam
correpti ea fuerint, non sine magno labore iterum se
ab eadem expedient. Quòd si intemperanter insuper
viuant, qui infelicem constitutionem participarunt,
plastræ excrementorum colligent. Nam si qui opti-
mè dispositum corpus obtinent propter depravatam
victus rationem excrementis referciuntur, quid il-
lis fieri non oportet? Quàm porrò difficile sit capi-
tis (Hoc enīa frequentius alijs membris demitte-
re materiam podagræ ad pedes diximus) vel nat-
uam, vel acquisitam & fixam intemperante emen-
dare, atque ad mediocritatem corporis suum seu

*Capitis hecti-
ca intemperies
curatu perdi-
ficiis est.*

In bona uictus ratione dimidium samatlonis consistit. congruentem reuocare, qui nescit, is non multum mirabitur, cur tam pauci sanentur. Ad hæc accedit alterum illud, in quo dimidia pars curationis posita est, quod ex mille vix unus aut alter inuenitur, qui accuratam uictus rationem tempore tam longo seruare possit aut velit. F V R. Si te rectè intelligo, plerosq; podagrīcos putas vel propter naturale vitium, vel propter inlluuiem & intemperiem, vel propter ambo hæc aut insanabiles, aut certè difficulter sanabiles esse. Qua via ergo quibusue remedijs percurati sunt, quos personatos esse nuper dicebas? E R. Ex recēsitis patet, nec mittementem partem impediri debere, quo minus se ab excrementis exoneret, nec suscipientem morbum producaturum, si ad eam aliunde nihil confluat, & proinde in eo maximè præseruationem consistere, ut superuacuus humor & inutilis nullus gignatur in corpore Hoc quia sæpe, imò plerunque, propter recitatas causas prestari nequit, vnicum hoc superesse videtur, vt quæ subinde coaceruantur excrementa, educantur extra corpus: priusquam vel quantitate vel qualitate sua mitterentia membra ad expulsionem extimulēt. Quocirca hæc ferè fuerint præseruationis capita. Primum procuranda est bona concoctio, & vt quām minimū excrementorum succorum generetur prouidendum: quod conueniente uictus ratione cōsequemur. Deinde illud agendum, vt partes, quæ causam mali colligere solebāt, porrò non colligant: quod vitij, quo fortè laborant correctione impetrabimus. Quæ si præstare non poterimus, effluvium excrementis, quæ continuè generantur, parandum: atq; partes interim recipientes corroborandæ. Quotiescunq; enim partis mittentis aut colligentis emendatio non admodum speratur, consistet omnis curatio præcipue in exrementorum vacuacione & pedum roboratione. Ad hæc respexisse mihi videntur

dentur, qui certis partibus cauteria impresserunt, per
 quæ vel totus humor peccans vel pars eius efflueret.
 Idem propositum illis fuit, qui frequentes purgationes
 imperarunt. Nec diuersum spectauisse videtur, qui an-
 tidotos, quas apud veteres usurpatas legimus, & nunc
 etiam utiliter à nonnullis usurpari cernimus, excogita-
 runt. F V R Restat nunc, vt, quibus particulatim reme-
 dij prædictis scopis satisfieri possit, indices. E R. Victus
 ratione instituta, quæ laudabilem procreat sanguinem,
 & excrementis, quæ pedes infestare solent, opposita sit,
 repurgandum erit corpus ab eisdem illis, misso prius
 sanguine, si abundare is videatur, ac defluxiones copia
 sua grauiores efficere. F V R Quæ autem victus ratio
 præscribenda erit? E R. Iam dixi. Quoniam enim in a-
 lijs plus bilis, in alijs plus pituitæ, in alijs plus serosi hu-
 moris colligitur, opponenda semper excrementis sic
 erit victus ratio, vt interim vitiosorum succorum o-
 mnium procreatio sedulò vitetur. Fugiendi cibi aquo-
 si, difficiles concoctu, viscosum, crassum, & putrescere
 paratum succum generantes: item flatulenti, & neruo-
 fas partes singulariter offendere consueti. Hac de causa
 Vinum cur obfit
 vinum quoq; non prodest, præsertim meracum aut ge-
 podagricis.
 vinum. Plus officit, cùm à ieiunis biberetur. Consultum
 prorsus est, vt non statim ab initio mensæ bibatur, sed
 postquam bona pars cibi sumpta est. Vinum alia etiam
 ratione obest, quia videlicet sanguinē & humores flu-
 xiles efficit. Quod si caput fons mali sit, multò lædit
 magis, vt quod calefactum naturaliter caput petere, ac
 succos reliquos instar vehiculi cuiuspiam secum trahe-
 re solitum sit. Nec nihil est, quod aliqui asseruerunt,
 Podagricos nonnullos solius vini abstinentia integrè
 conualuisse. Sed quid consuetudo, natura, vires, educa-
 tio, circumstantię aliae ferant, considerandum est, prius
 quam vino ægris omnino interdicamus. Victus ratio-

*Decoctū Guaiaci quando
conducibile.*

ne præscripta, corpus purificare studebimus medicamentis idoneis. Et purgatis ventriculo, intellectinis, uenis mesenterij alijsque, ex habitu corporis toto, quæ in eo præter naturam inhæret, exigere tentabimus: ad quod perficiendum apprimè utilis est decocti ligni Guaiaci ni usuratio. Sed in calidioribus & siccioribus, in quibus talia quoque ad pedes defluunt, aptius est decoctū vel radicis Chinæ, vel Sarzæ parigliae. Post hæc, si caput, exempli gratia, humidius fuerit, exsiccandum: si frigidius, simul calefaciendum: si aliter intemperatum sit, contrarijs medicamentis corrigendum fuerit. Ple-

Fumi caput ex rumque contulerunt exsiccantes fumi mastiche & siccantes. succini: itēmque puluis ex Thure, Mastiche, Sandara-cha, Ligno aloes, Santalis, Rosis rubris, Gariophyllis, & similibus, concinnatus. Solet hic cum aceto ignito lapidi molari inspergi, ut fumus ore, naribus, oculis, auribus, hauriatur. Eodem futura coronalis conspergi potest. Prodest etiam in vino & aceto ebullitus, si spongiæ in hoc decocto macerata sapè naribus ad moueantur. Conducit etiam capitis fricatione matutina pannis à fumo huius pulueris carbonibus inspersi calefactis. Quod lixiuia, thermæ, & alia exsiccantia conueniant, notum est. Si infernè ascendant fumi, auertendi sunt aliò lotionibus pedum, fricationibus, ligaturis, vrinam prolixentibus remedijs, ac purgantibus pharmacis leuioribus. Si excretio solita quæpiam cohibita sit, obnoxie perseueranterque reuocare conabimur, nisi plus ex hac, quam ex podagra, mali metuere cogamur. Hisce perfectis, si nihilominus accumuletur excrementa, crebris purgationibus educenda. Si non sufficient, cauteria inurenda. Nonnunquam antidoto aliqua semina & reliquæ morbi consumendæ. Vrinas ex professo mouere uix ausim: nisi constaret Naturam per ea loca velle pranq; humores exturbare: quod, cum bilis

*Crebrae purga-
tiones quando
ex usu sint.*

biliis plus cæteris humoribus peccat, euenire facile potest. Quia verò Podagrī magna ex parte Nephritici etiam sunt, circumspectione hīc opus est non vulgari. Libentius sudores prouocauerim, quō in corporis habitu retenta exercenta exturbentur. Vt i verò debent Qualibus uter singuli remedij, quæ peccantem humorem euacuare, dum purgant minimamq; molestiam ventriculo exhibere vnuſquisbus. que expertus fuerit. Alij catapotijs, alij potionibus, alijs pulueribus, alijs aliter præparatis vtuntur facilius. Quidam cum cibo, plurimi extra cibum commodius accipiunt. Cæterūm non violentis & venenatis illis, sed clementioribus vtēdum est, quorum creber vsus non possit ventriculi vires labefacere. Nec eadem omnibus congruunt, sed alia alijs oportuniora existunt, pro varietate excrementi, quod colligitur, & natura partis, in qua aceruatur. Frequentius purgandi pituitosa quam biliosa laborantes affectione. Continuandæ autē sunt purgationes istæ per annū aut eo amplius: octonis aut denis semper diebus repetendæ. Quod vt facilius fiat, absq; nauſea, variè sunt præparanda hæc pharmaca: vt modò in puluerem redigantur, alijs in potu sumantur, iam in electarium transformentur, ſepe potui misceantur etiam in ſale, conſeruis, conditis, confectionib. &c. abscondantur: vt cuiq; magis vna quam alia forma placet. Verendum non esse, vt ex crebra horū ſumptione periculū aliquod nascatur, ſuprà diligēter ſatis monui. Ego ſane diutino eorum vſu & podagricos, & epilepticos, & Gallicalue affectos percuraui absq; vlla ſensibili ventriculi aut partis alijs oblæſione. Quòd ſi nihil admodum his proficias, ad cauteria deueniendū: ex quibus licet parum cotidie exire videatur, tantum nihilominus excrementi toto anno per ea exſudat, quantum credere nullus temerè velit. Tenere aperta oportet, non per menses tantū, verum etiam per annos

Podagra et calcus morbiſititimi.

Quandiu purgationes continuande.

Quando ad cauteria deueniendum.

imò per reliquam vitam, si res ita flagitet. Quod facilius est factu, quia nullus ex eis dolor, nullus morbus, nullum impedimentum, nulla molestia nascitur alia, quam quod bis in die, manè ac vesperi, eximere cicerem oportet, eisq; exsiccatis & mundatis alium imponere, iterumq; hederæ folio imposito obligare. Aliquando ciceris loco pilulis ex cera figuratis conseruare aperta solemus: diiores perforata patella parua argentea idem assequuntur. Semper aliquid impositum oportet, ne carne repleantur & coeant: quod paucissimis dieb. contingit, si nihil impediens immittatur. Quinimò intuitis, & omnia facientibus ne claudātur, carnes succrescent: quo casu vel alumen vstum vel aliud quipiam carnes

Antidotis podagricis quando utendum. exedens inspergere conuenit. Denique antidotus sumenda, quæ sensim reliquias humorum, quicunq; purgantium actionem subterfugerunt, & per cauteria non effluxerunt, consumat. Corpore hoc modo purificato,

Quando robo ranti apibus imponenda. nihil ad pedes delabi poterit amplius. Sunt tamen hinc quoq; roborandi exsiccantibus & adstringentibus: sed postquam ex articulis exactus est humor, qui illapsus in eos fuerat. Dum suspicio est aliquid superesse, discutientibus & exsiccatibus eorum assumptio prius molienda. FVR. In vacuatione humorum, roboratione articulorum, præscriptione victus totam præseruandæ rationem cōsistere video, quoties affectio partis excrementa accumulantis extingui nequit: hoc est, quoties corum generatio impediri non potest. Sed neque purgantium formulas & exempla audiui, neque antidoti descriptionem aliquam vidi, neque qualibus rebus articuli corroborandi sint, speciatim intellexi. ERA. De

Purgantia non semper ualent cadem. purgantibus abundè dixi. Sunt enim hæc varianda pro natura morbi, consuetudine infirmi, & circumstantijs, alijs. Dum alijs dulcibus, alijs acidis, alijs amarisi, alijs siccis, alijs humidis magis minusue delectantur, perpetuum & com-

& commune scribi nihil potest. Apud authores formæ infinitæ serè extant. Excogitandæ nobis subinde sunt nouæ, qua in re destillationes egregie nobis succurrunt. Etsi enim pleraque, ne dicam omnia, ciusmodi sunt, ut ea abhorreatans, tamen Chemicæ artis auxilio gustui gratiora, vel minus saltem ingrata, effici possunt. Tentarunt hoc superioris ætatis medici, ut est videre cum apud alios, tum Villanouanum & Sauonarolæ, sed longè infelicius nostris: quos longo admodum interuallo sequuntur. Articuli corroborandi sunt balneis, in quibus incocta prius sint erica, Betonica, Verbena, Pinastri fructus, Quercina folia, Geranium, Gallæ, Glandes. Mox à balneo illinendi oleo sunt, in quo cū sale incocta furent, acatia, hypocystis, malicorium, gallæ, glandes, & similia. Oleum esto vel rosaceum omnipacatum, vel myrtinum, vel mastichinum, vel cotoneorum. Ex eisdem his oleis, hypocystide, acatia, lycioglaucio (Arabes atq; officinæ Memitham vocant) lang. draconis, & cæt. limenta parati possunt, qualia maximè cuique arridebunt. Efficacissimè exsiccat lapis sabuli, (cuius descriptionem tertiaræ Disputationum parti coniunctam reperies) si cum oleo myrtino & geranij radicibus in puluerem redactus misceatur, atque cataplasmatis vice imponatur. Sic desiccat, ut cutem rugosam efficiat. Quocirca non antè vtendum eo est, quam excrementi nihil in articulis reliquum mansisse constet, quod in tophum indurati valeat. Expedit ante ipsius usum ceratum ex Bryonia ab Aetio sermone 12. cap. 43. descriptum aliquoties imponere, ut minus sit periculi. Vnicè conducunt post corporis exquisitam purgationem thermæ, quæcunque saltem, nitrum, alum, in se continent. Eadem potæ, si quidem alum laxent, præclarissimè opitulantur. Quod Antidotos attinet, multæ sunt à veteribus descriptæ, quas apud Aeginetam, Oribasium, Alexandrum Tral-

*Quibus artiæ
lipedium roba-
randi.*

Lapis Sabuli.

*Ceratum ex
Bryonia.*

Antidotapodagrica.

lianum, deniq; apud Aetium lib. 12. cap. 47. legere vnuſ-
quisque poterit: nonnullæ etiam nostris hominibus
probatae sunt. Prima est Theriaca, cuius laudes author
libri ad Pisonem (Galeni enim foetus non est) capit. 15.
Imagnificè prædicat his verbis. Maximè vero prodest,
quando quis ipsam sanus adhuc frequenter acceperit:
propterea quod superfluos humores absumit, & totius
corporis temperamentum immutat. Et mox. Consulo,
inquit, vt in talib. morbis theriaca vti velint: quoniam
& superfluum humorem exsiccat, & alium colligi non
permittit. Vnde plurimi ex hac in principio bibentes,
prorsus à podagra liberati sunt. FVRN. An non est
necessæ inflammari hominem, qui multis mensibus
continenter pharmacum adeò calidum deuorat? ER.
Prudens medicus non cuilibet vel huius vel Mithrida-
ticæ antidoti vsum imperabit, sed illis solummodo pre-
scribet, quos sine offensa, imò cum vtilitate, intelliget
vsurpaturos. Quanquam non video cur eius calidita-
tem tantopere formidare debeamus. Si enim Romani
Imperatores in calidioribus regionibus agentes non
sunt veriti quotidie ea vti, & sine noxa vsl ea fuerunt,
(quod Galenus de Antonino clarè affirmauit libro j. de
Antid. capit.j.) non facilè ab eadem nos lademur. Sed
possimus minus quidem calidis, at non minus strenue
exsiccantibus mali reliquias consumere: cuiusmodi
sunt Antidota ex Hyperico, & ex Centaurijs apud Ae-
tium: Antidotum Δέ τῶν ζ quia ex septem rebus com-
positum est, apud Paulum & Oribasium: item Diacora-
lium vocatū Aeginetæ & Tralliani FVR. Habeo quod
objiciam maximi momenti. Quoniam author libri ad
Pison. longè præfert theriacā alijs antidotis, sic scribens.
τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῇ φαρμάκων, ὅσα εἰς ἀπαλλαγὴν δύο σῆματα θε-
οι ποδαρεῖσθαι πίνονται, τὰ δὲ μὲν Ἀττικῶν πόδες ἐρέυνεται θε-
φοραὶ καλύπτει γίγνεσθαι, τὰ δὲ αὐτοῖς σηκυρεῖται τούτη

Num theriaca

cæteris antido-

tis præferet.

των ὑγρασίαν, ἀλλα γάρ οὐδὲ μετέχοντος νοσήματος γέρεσιν ἐργάζεται. Οὐλανωμένα γάρ εἰν τῷ σώμασπερ φρεματοῦ, οὐ πνεύμαν δέι κινθητοῦ. Διὰ τὸν τοῦ αὐτοπονοῦ αἰνάγουσεν, οὐ διὰ τὸ μανὸν τοῦ σώματοῦ. Οὐ δέχεται τὸ πολὺ μαστιχίσεα διαθέμενον, οὐ τοῦ αὐτοῦ ἐφεκυτόν εἶλκων, ύπω τοιχία τοῦ θραστού: ὅπερ ισορεινάς ήτι πολλῶν εγώ τῇ πειρᾳ καθέμαθον. Καὶ τοῦτο διποσυμετελέσθω μηδόλως πίνει τῶν τε Φαρμακαῖτης θηλεταῖς εἰν τοῖς τοιχοῖς χειρός καὶ τῶν περιστῶν. Prodeesse ait, quatenus defluxū humidatum ad pedes impediunt: suffocationis autē occasionem p̄fereb̄, aut maioris morbi causas fieri, quia eas non absūmant. Et ne temerè assertū putemus, comp̄tisse se hoc in plurimis addit. His igitur nullo pacto, sed pro eis theriaca vtendū iudicat: quod non tantūm collectas sordes consumat, verum etiam deinceps colligi non sinat. ER. Ad me quod attinet, optarem certe omnes tutō posse, & libenter velle theriacā vel Mithridatis antidoto potius uti quam alij. At alia illa, de quibus nos loquimur, plus habere periculi constanter nego: & rationem authoris à te citati contra nos nō facere audacter pronuncio. An non suprà diximus idē nos, cùm neq; reuelentibus, neq; repercutientib. neq; deriuantibus generationē tumoris in pedib. impediri debere o-
Antidota que-
cung; non ua-
stantim: nisi extra corpus humorē reuulsū aut de-
cūnt podagras
riuat educerent? Evidē tutius esse dixi, excremen-
tibus cīs nō prosunt.
 ta in pedibus consumi, quam in nobiliores partes inuadere. Quamobrem proſus assentiemur authori tuo, si demonſtret nobis prædictas antidotos humiditates ar- cere duntaxat à pedibus, non aut̄ diſſoluere & vacuare. Etenim & generationem excrementorum strenuè prohibent (dum corpus totum hand segniter siccando roborant, capitisq; intemperiem corrigunt) & genita partim discutiunt, partim p̄ vrinās gnauiter expellunt. Quod ergo theriaca ob id fructuosa est in p̄seruatione a podagra, quia humores vacuat, fluxiones ſilit, corpus ex-

siccatur, temperamentum frigidum & humidum emendat, quomodo damnosæ fuerint Antidotū prædictæ ijsdem viribus prædite? Consumere aliter excremēta non riaca proſit potest, quām incidendo, attenuando, in halitum dissolagricis, uendo, per sudorem exprimendo, & per urinas vacuando. At eadem hæc faciunt medicamenta à nobis ex veteribus enumerata, quod nullus intelligēs negabit, qui modò ea expendit. Ego profectò nō possum mihi persuadere authorem libri ad Pisonem hæc remedia, quæ non minus Theriaca excremēta discutiūt & vacuant, eademq; tam non sinunt recolligi, quām illa, damnare voluisse. De illis ergo accipi debet, quæ humores ad pedes delabi prohiberent: nec interim absumerent aut vacuarent. FVR. Qualia nam fuisse putas? E R. Nescio. Puto enim licentius locutum, vt Theriacæ laudes illustriores facheret. Si experientiam tui authoris vrges, inculcabo & ego aliorū. Non minus sāpē Paulus, Aetius, Oribasius, Trallianus, alij, Podagricos antidotorū suorum usurpatione percuratos viderunt, quām authori dunt quām theriaca tuus viderit. FVR. At Theriaca sudores potentius mouet: ac proinde melior est. E R. Non hoc dispiuto, num Theriaca reliquis antidotis præstet. Hoc dico, si quis hac, vel Mithridatis medicamento vti nolit, cum alio quopiā ex illis, quæ vsu probata sunt, vti posse. FVR. Veruntamen nimis calida sunt à te recitata antidota. E R. Ideò non debent temerè cuiuis præscribi, sed illis solis, quibus nocere non possunt: hoc est, humores frigidiores aceruantibus. Certè nec Theriacæ vsus, etiam auctore tuo testificante, omnibus conuenit, sed frigidioribus solūm: aut non valdè calidis. Idem de alijs sentiendum est. Quinimò Alex. Trallianus Antidotū describens, non multum ab eo differens, quod à Coralijs noxijs iubet autumno præcipiti inchoare eius usurpationem,

Alex. Trallianus
ni antidotū c-
riam calidis in nomen habet, etiam calidioribus exhibit. Tantum hos
noxijs iubet autumno præcipiti inchoare eius usurpationem,
cum

cum frigidis mandasset incipiente vere incipere. Verba eius hæc sunt : Βέλπεον δὲ τὸ σπεσθάγμα πτίμεν τῶν ἔχοντων ψυχοτέρων πιὼν κορστιν, δέχομέννα μάλλον ἕαρθε: πτίζεται τοις φθινοπώρου μέλλοντι λύγειν.

Ex quo patet, aliqua ex his remedijs neutiquam omnibus calidore temperamento præditis obesse: sed illis duntaxat nocere, qui valde sunt calidi. Sic Galen. etiam lib. 5. de Tuenda sanit. cap. vltimo exponit verba Hippo-

*Quibus calidie
noceant antid.
podagr.*

cratis, quib. vini potu interdicit naturis calidis, sic scribens. Hippocrates id videtur non de absolute calidis, sed de summe calidis dixisse. Sic profectio accipienda sunt authorum verba, cum calidis medicamenta po-

*Diacoraliūm
ne siccōs quidē
lēdit.*

dagrica noxia esse dicunt. Aegineta ne siccōs quidē lēdit. lēflos asserit ex sumptione Diacoraliū, qui liberaliore cibo vsl fuissent: οἱ δὲ ξηροπίερες ὄντες ἔξεσθε, inquit, καὶ τὰ προς Διακοτήτες τοι εὐθάλατθοσσαν. Quod si aridiores & squalidos liberalius edentes ac bibentes non lēdit Dia-

coraliū, ne calidiores quidem lēdet: in his præsertim locis, quibus liberalius debito vniuersi ferè comedunt ac bibunt. Non est necesse, ut quod corporis excremen-

*Quod excre-
menta discutit,
non statim cor
pus arefacit.*

ta consumit & exsiccat, continuò partium substantiam arefaciat, cum bono interim sanguine irrigantur. Equi-

dem medicamina hæc difficulter alimenta fiunt. Quo fit, ut magis quæ in canitatis partium harent, absu-

pus arefacit.

mant, quam in membrorum substantiam se insinuent, eorumque humiditatem depascantur. F V R. Malim Theriaca vti, cùm temperata sit, nec perinde ut illa ca-

lefaciat. E R. Et ego pariter optem omnes ea vti posse ac veile. Non dubito, quin plerisq; omnibus alijs præ-

stet. Sed temperatam esse quo argumento probabitur? Efficientia contrarium demonstrabit. Examen eorum, quæ in compositione ingrediuntur, calidam valde do-

cebunt: (de adulta loquor, in qua vis Opij repressa iam sit) tametsi Auicenna libello de Medic. cordis 2. tantum,

ordine calidam scribat. FVR. Quodnam censes optimum esse? ERA. Alij alia laudant: plures Diacoralium commendat. Act. ex centaureis confectionam antidotum adeo salutarem affermat, vt per annos quindecim podagra oppressos afferat huius vsu sic restitutos, vt suis iterum pedibus incedere potuerint. Eligendū est, quod minus videbitur ægrotantes lassurum, & magis profuturum. FVR. Num experientiam alicuius tu habes? ERA. Nullam. Sed duo mihi communicata sunt magnis elogijs celebrata. Alterum à medico Italo (nomen indicatum non fuit) qui puluerem Louis nominabat, profectum, atq; à D. Conrado Gesnero ad me missum est: alterum D. Christophorus Vuirfungs Augustan. de-

Puluis Louis. dit. FVR. Recita descriptiones ERA. S. Pulueris Louis talis est. R. Aristoloch. rotundæ veræ (non Pistolochiæ vocatæ) Gentianæ, Rhei pontici, Meiana z. j. seminis Pe-

Vsus pulueris Louis. troselini Macedonici vnc. s. Comarum Chamædryos, Centaurei minoris, Hyperici, ana z. x. Fiat ex omnibus

Vsus puluis aliis. subtilissimus puluis Primo mense datur ex eo quotidie drachmyna ex aqua tepida: postea drachma dimidia tantum per integrum annum. Semel atque iterum singularis mensibus purgandi sunt. Vinum bibendum est generosum decocto Mastiches dilutum. Ad miscent ad aluum magis citandam. Alter hoc modo paratur.

Puluis aliis. R. Aristoloch. rotundæ veræ, Gentianæ, Rhapontici (id est, Centaurei maioris.) Comarum Chamædryos, Cha-

Vsus. mapityos, ana partes æquales. Per anni quadrantem sumenda est drach. j. (in pituitosis per anni dimidium continuetur hæc dosis) per reliquum anni tempus semi drachma solummodo bibenda. Ego his non sum vsus, sed non paucos felicissimè vsos fuisse mihi retulerant, qui communicarunt. Blandè purgantia meis æ gris præscripsi: quod Hippocratem quoque viderem maxi-

maximè his confidere. Sic enim lib. 2. Prædict. scribit.
 De Podagricis hæc dico. Quicunq; aut senes sunt, aut
 circa articulos callos tophaceos cōcretos habent, aut
 ærumnosè viuunt, aut siccum aluum habent, hi omnes
Hippocr. pur-
fanī fieri non possunt humāna arte, quantum ego co-
gnoui. Sanant quidem hos optimè Dysenteriæ, si suc-
cesserint. Sed & aliæ eliquationes valde prosunt, quæ
ad infernos locos repunt. Qui verò iuuensis est, & circa
articulos nondum callos tophaceos concretos habet,
& accuratè viuit, & amans est laboris, & aluum bonam
habet ad obediendum pro studiorum ratione: hic sa-
nè medicum nactus intelligentiam habentem, sanus
fieri poterit. Ex hac Hippocratis sententia liquet, quan-
tam in hoc morbo tollendo purgationes vim habeant.
Videtur autem parum interesse, siue arte moueantur
purgationes, siue spontè oriāntur. F V R N. Aliam ti-
bi quæstionem expediendam propono. Quippe non
video, quomodo iam dicti pulueres vel capitīs (si 1-
psum fortè colligat excrementa podagræ authores)
intemperiem frigidam & humidam corrigere, vel hu-
mores in eo genitos dissipare, neūe ad pedes repant,
prohibere valeant. E R. Confirmatam capitīs & cerebri
intemperiem illiusmodi pulueres aut nunquam, aut
certè admodum tardè immutabunt. (fortasse hac ipsa
de causa per totum annum usurpare iubentur.) Ratio
est, quod nihil in se grati & dulcis succi cōtinent. Qua-
re non permurantur in sanguinem, vt cerebrum alant
atque alterent. Post sanguinis in hepate confectionem
maxima eorum pars cum serosa parte sanguinis instar
aliorum succorum acrīum ad renes propellitur, ad ca-
put non multum ascendit. Et quod eò sustollit, tan-
tis viribus non pollet, vt infixam intemperiem era-
dat, contrariamque inducat. Hac de causa ligni Gua-
iaci decoctum longiore tempore cum tenui dijæta

*Num pulueres
podagrī ca-
pitīs intempe-
riem corrigāt.*

potum multò fructuosius & conducibilis esse visum est. Etenim corpus alio cibo destitutū ex decocto hoc sanguinem gignit Guaiacum (liceat mihi sic nominare) id est, Guaiaci viribus & qualitatibus imbutum.

Partes pro alimentorū natura mutatur. Quo dum nutritur cerebrum, calidius & siccus efficietur. Non enim ambigit quisquam, puto, quin partes omnes pro natura alimentorum mutantur. Sed & excre-

menta in meatibus sparsa exsiccari & in halitum converti simul contingit. Hoc si pulueres isti tandem efficiunt, non nisi tardè perficiunt, illud certè præstare vix

Qua ratione vñquam poterunt. FVR. *Qua ratione igitur tantoperē podagrī pul- prodeſſe putantur?* ER. Si inferiores partes circa ventri- ueres caput iu-

culum excrementis vacent, necessarium est minus labo- rare caput, quantumuis malè sit affectum. Etenim con- tinenter ad caput fumi tolluntur plurimi, quoties vitio- sus succus hic retinetur. Deinde quòd sanguis in hepa- te genitus minus in se pituitę aquosifq; humoris habet, eò minus excrementi oportet relinqui dum eo nutri- untur partes. Nam si pars aliqua in quotidiam nutri- tionem absumat vñciam sanguinis vtilis & conuenien- tis, & in eo sit humor inutilis mistus, tantò pluri quo- diē egebit pro nutrimento suo, quantò is est impuri- or. Ergo si cerebrum hæc pars esse ponatur, ac sanguini- nis tertiam partem pituitam esse ponamus, quotidie vñciam dimidiā excrementi consueto amplius ge- nerabit. Duobus ergo his modis pulueres aut medi- camenta prædicta iuuabunt. Vnus est, quòd excremen- ta in ventriculo vicinisq; eius partib. consumunt. Qua- est, quòd sanguinis purioris generationi inseruent: ex quo alterum illud consequemur, vt in cerebro tot ex- crementa non producantur. Hisce si purgantia adda- mus. & singulis mēsisbus vel bis, vel ter, vel quater, quæ ab ipsis medicamentis discuti educi que non potuerūt,

subdu-

subducamus, tandem obtinebimus, quod concipiimus. Etenim astuerit caput, cùm quis talibus vtitur frequentius, excrementa sua ad intestina deponere.

Quod commodius fiet, si pulueribus istis purgantia ad-
misceamus: vt in Antidoto ex Hyperico fecit Aetius
serm. 12. cap. 47. Liberum tamen hic relinquo cuique
indictum, seorsum ne satius sit purgantibus vti, an cum
exsiccantibus miscere. F V R. Restat vna difficultas. Di-

xisti vrinam prolicientia non conuenire, nunc eadem
laudas. Accedit, quòd fermè Podagrīi nephrici sunt.
Quapropter plus noxiæ & damni renib. adferent, quā

pedibus vtilitatis apportēt. E R. Faciles habet hæc que-
stio explicatus. Dixi vrinam crientia parum conuenire,
dum actu laborat æger, ac materia seu causa podagræ
partim fluxit, partim adhuc fluit. Hic non de tempore

sermo est, quo æger affligitur, sed de præseruatione seu
præcautione disputatur. Deinde dicimus his vtendum
remedijs, postquam corpus est mundatū, & ab humo-

ribus prauis liberatum. Quo tempore nullum est peri-
culum, vt ad renes excrementa præcipitentur, calculos-
que gignant. Quantum enim excreimenti quotidie ge-

nerabitur, tantum ferè his pharmacis educetur partim
per vrinæ vias, partim per alias regiones. Cùm corpus
seu venæ pituita sunt repletæ, nec vacuari tantum po-

test, quantum ad renes dicitur aut truditur, horum v-
sum periculo non carere minimè inficior. Ad vtrumq;
nisi fallor, solidius, quām verbosius respondi. F V R. Re-

liquum nihil esse video, quām vt Paracelsi curationem
recensem. Lib. de Elleb. consentaneè dictis videtur lo-

cetus, cùm sic scripsit. Duæ sunt podagræ, vna ex san-
guine, altera ex destillatione ex capite. Non illi, sed huic
competit Ellebori nigri radix. Nam fluxiones ex toto

corpo expurgat vniuersas: quod nullā aliam herbam
radicemūc facere obseruatū est. Utendum ea sèpius:

*Pulueribus po-
dagric. miscet
aliqui purgan-
tia.*

*Quando urinā
cientia poda-
gricis comodet*

*Curatio Poda-
græ iuxta Pa-
racelsum.*

Quoniam purgationes in morbis chronicis paulatim & per tempus longum repeti quotidie debent. Displacet quod in eodem tractatu his verbis affirmauit. In podagra morbus purgari debet, nō humores. Hoc perinde sit, ac si Petrum curaturus curem Ioannem. Tantum enim distant podagra & humor, quantum differunt album & nigrum. Huius dicti causa ex lib. de Poda gra videtur intelligi posse: dum morbos non ex materia nasci ait, sed ex artifice seu effectore. Tam porrò negat humorem esse effectorem morbi, quām lignum non est ædificator domus. Attamen in superius citato libello, utriusq; Ellebori radices fatetur expurgare sordes omnes ventriculi, pellere febres, arcere putrefactiones, fluxiones sistere (quæ dolores aurium, dentium, oculorum concident) itemq; arthritim & podagram fugare. De Vita longa hæc habet. Podagra omnis perfectè purganda arcano coralino: vt eo interueniente fluxiones eliciantur. Purgētur hoc modo sexies aut septies: post hæc apertione opus est: demum inunctione. Quid per apertione intelligat nescio, si nō venæ sectionem sic nominat. (de cauterijs ne quidem somniauisse eum suspicor.) Nam in lib. de Sang. miss. sic scribit. Podagrīcīs ante coitum lunæ ac solis mittito sanguinem in pisibus, priusquam paroxysmus arripiat. Seca venas capitales quatuor inferiores. Proximo quadrante easdem in cruribus sub genibus incidito: plenilunio in spina. Si morbus sit fixus, repetenda hæc erunt tertio quadrante. Et si contumacior sit, etiam post nonilunium repeti debebit. Hæc sunt quæ annotavi. ERAS. Etsi nimis multa sunt quæ protulisti, addam tamen, quæ anima seu spiritus Paracelsi per Pythagoricam μετεπούχωσιν in corpus aliud transgressus nobis effudit. Podagricorum affectus, qui radices non habuerint in sanguin-

Paracelsicoru
de podagre cu
dat. doctrina.

sanguine, carnibus, vel synouia aliarum partium, resoluentibus, mitigantibus, & corroborantibus, sanabimus. Quia enim in omnibus podagræ speciebus tinturæ saluum duras & siccas coagulationes moluntur, resoluitque debent, humectari, & sudore, madore, vel insensili transpiratione discuti: ita tamen ut mitigatis doloribus & corroborata synonia tam inimicos hospites in posterum non tam facile admittat.

His in confirmatis morbis purgationes podagricas adiungemus, mundificantia, diaphoretica, diuretica, podagrca tamen & consentanea accersemus. Frustra ministeria pilularum aduocantur, frustra intestina clysteris fatigantur. Dico vobis, si debiliora à fortioribus attrahuntur, tinturas podagricas citius attracturas vniuersa agmina pilularum, quam earum tractio ne aliquid sibi eripi permittant. Quis corporeos spiritus spiritualibus tinturis rectè vñquam opposuit? Hæc Gigas ille satuus (sic os maledicū & impurū medicos ornat ipso infinitè meliores & doctiores) veritati temerè bellum indicens effutivit. F V R. Si quem admodum solitus es, contradicere aliquid decreuisti, paucis absoluio. Iam enim defatigatus finem expecto. E R. Si mevlius rei vñquam cœpit satietas, hanc ita fastidio disputationem, vt effusé lâter finem eius appropinquare. Quare paucis me exsoluam: cùm in superioribus omnia sint abundè confutata. Quæ primo loco adduxisti ferri possunt, si per duplēm podagram id intelligit, quod retrò à nobis dictū hac de re fuit. Nec curandi ratio absurdā est: nisi quod mitiorib. educi humores malim, quam Ellebori radice. Sed cùm mox sui oblitus radicem hanc non humores, sed morbum purgare ait, quid dicat nescit. Nam si radix hæc sor des vetriculi purgat, si omnes fluxiones expellit, humores ventriculi purgat. Non enim per fluxiones intelligit

*Confutatio cu
rationis Para
celsicæ.*

ipsum motum, sed id, quod ad inferiores seu capiti subiectas partes vel distillat, vel iam delapsum fuit. Podagra cum sit tumor, atque ideo morbus instrumentalis à causa sua pendens expurgari aliter non poterit, quam detractione cause. Quare delirat hic, ut alibi infelix San

nio. Si homo infaustus intellexisset differentiam, quæ est inter generationem morbi & domus edificationem atq; discrimen materiae & effectoris externi cognouisset non tam foedè hoc loco insanuisset. Quæ de venarum

Paracelsus ue-
ne sectionibus multiplicitate sectione blaterat Asinus, immaniss. carnifices necat podagri guinis detractione vel nō pereat, vel non incidat in im-

cos. medicabilem morbum? Taceo quod cum propria hypothesi ubiq; pugnat. Purgandos putat identidem podagricos, cum nihil purgantibus educi statuat præter stercora: atque non quæuis tamen, sed ea sola vacuari scribat, quæ in ventre sunt: deniq; tartarum purgari ne-

Podagra mor-
bus est tarta-
reus. get. At podagra ei est morbus tartareus: & nec ipsi nec discipuli in ventre duntaxat inhæret. Alicubi causam redditurus repetitionis paroxysmorum, aiebat id propter insitam tartari proprietatem contingere: quomodo galli certis interuallis soliti sint cantare. Hoc pluribus exponens alio loco sic efferuescere ait tartarū internum, quomodo in terra & rebus externis latens floreat. Par ferè est ratio missionis sanguinis. Etenim tartarum educi hac ratione minimè potest, si fides ei est

Confutatio di-
scipuli Parac. habenda. Quod successor eius scribit, resoluentibus, mitigantibus, & roborantibus sanandos podagricos, tollerari potest. Quæ de salium spiritibus garrit, tum perse & absurdæ & falsa sunt, tum à nobis firmissimè diuinis quando non negat ex sanguine bono & redundante inflammations tum pedum tum aliarum partium nasci: quod discipulo tamen præceptore maiori non videtur.

detur. Quām flagitiosē & putidē insultat Ardelio medicis catapotij podagricos purgantibus immō quām inscitē contradicit magistro suo? Is perfectē hunc morbum exterminari afferit quotidiana purgatione ex El-lebōri radicibus. At eadem in catapotij exhibentur. Cur ergo hīc nihil conducunt, aliter autē exhibetē pro-sunt? Magna est vel temeritas vel improbitas in effre-nata ista calumniandi & quiduis reprehendendi libidi-ne. Si fatui sunt medici, quōd muci ab intestinis deter-sione, humorum flauorum nigrorumque subduktione consulere valetudini arbitrantur ægrorum, cur non fa-tuus pariter est Paracelsus eadem præcipiens? Quæ de-tractione pharmacorum & morborum grunxit, obscu-riora sunt, quām vt à tam rudi leone comprehendi pos-tuerint. Nos ea de re tractatum peculiarem ante annos decem conscripsimus, quem ocio & oportunitate data publicè legendum proponemus. In præsentia hoc mo-nebitus, tartaream hanc pestem (sc̄tam dicere volui) vt se non ante Paracelsi pestiferae medicinæ inuentoris & exornatoris discipulos prædicent, quām magistri si-miles esse fateantur, & ipsius mores, vitam, dicta, facta, imitari perfectē didicerint. Nunquam enim tartaream medicinam rectē vlli exercebunt ex magistri voto, nisi tales sint, qualis ipse fuit, leuissimi & vanissimi impo-stores, immanissimi carnifices, impurissimi magi, auda-cissimi & impudentissimi calumniatores, nunquam & nusquam sibi constantes, splendide mentiri pro virtute & dignitate ducentes. Haud bonus est hic magistri pessimi discipulus, dum eum oppugnat, cuius discipli-nam profitetur, præsertim cùm à Deo doctum se fuisse afferat, non ab hominibus. Quòd si mentitum hīc cum credunt, cur omnibus cum hominibus antepoquunt? Si alicubi errauit, quomodo ex cœlo suam hausit do-ctrinam? Errauisse fatetur hic Centurio, dum eum op-

Discipulus op-pugnat magi-strum à Deo doctum.

pugnat. Etenim Paracelsum suprà sic concionantem audiuiimus. Etiam hepar postulat externum iecur dum laborat: cùm ipsum non sit miles, qui se defendere norit. Quamobrem vocātur membra hæc spiritualia, propterea quòd nullus spiritus agit seu pugnat, sola corpora pugnant. Cæterū hepar tantummodò spiritus est: & caro, quènomen hepatis habet, membrum duntaxat corporis est nullius v̄sus. Quocirca si pugnandum hepati sit, pro eo aliud certet necesse est. Et hoc corpus habere oportet, in quo manus & pedes insint ad resistendum & repugnandū corporeis morbis. Nam quando corpus patitur, materialiter patitur. Talē quoq; medicinam eius esse conuenit, vt materia cū materia congressa agat in sibi simile. Quòd si rectē hīc Paracel. disseruit, desipit rediuiuus eius spiritus ex orco prorepēs: qui corporea remedia frustra opponi podagræ causis censet. Quid ad hæc dicet bonus ille Paracelsi discipulus, qui magistrum suum etiam Hippocrati anteferre audet? Affirmat ille, corpus, quando patiatur, materiaetur materialiter pati: & medicinam quoq; materialem seu corporam esse oportere. Hic autem asserit podagrā passionem esse spiritualem, ideoq; spiritualibus remedijs profligandā. Magister spiritualia nihil agere, sola corpora efficientia esse in morborū expulsionib.: corpora, inquam quæ manus & pedes obtinuerint. Discipulus contraria vim & efficientiam tribuit spiritualibus nescio quibus tinturis. Mentiuntur ergo velambo, vel alteruter. Prius certū est. De altero igitur frustra quæsiuerimus. FVR Forte podagram negabit affectionem esse materialem seu corpoream discipulus, cùm spiritualia ei remedia dicat opponenda. E R. Frustra tentaueris hoc pactō excusare. Nam magistri verba repugnant, quæ idcirco iecur in suis morbis opus habere pharmaco corporeo monstrant, quia internum iecur spiritus sit: qui pugnare con-

re contra morbos nesciant. Deinde affuerat corpora
sola pugnare. Item corpus tunc solum pati, quando *Sola corpora*
materialiter afficiatur. Discipulus autem solis spiritua-*pugnant Paracelsi*
libus tinturis omnia adscribit. Quare desertor est hic,
vt & alibi, doctrinæ Paracelsicæ. FVR. Imò verò optimus est imitator Magistri, quisquis pro arbitrio de quolibet quidlibet affirmare ac negare audet. Cùm enim Magister nigrum & album de eadem re subinde affirmet, rectè fecerit discipulus, si vtrumque contrarium eidem rei inesse dicat ac neget. Sed desinamus, quæso te, cum monstis illis luctari & vtiliora tractemus. Velim autem de medicamentis Paracelsi te audiare differentem : quò eis ritè in posterum vti norim.
E R A S. Præsens disputatio in hac temporis angustia à nobis explanari non potest. Deinde non me sentio idoneum esse ad eius iustum & debitam explicatiō-*Tractatio de*
nem. Etenim & in naturalium rerum cognitione ex-*medicamento-*
cellere, & in Chemicis admodum exercitatum esse o-*rum uiribus*
portet, qui pro dignitate hanc rem sit tractaturus. Ni-*cur difficultate*
si enim exploratò compertum habeamus, quid in ma-
teria densa, rara, humida, arida, terrea, ignea, aeria, re-
cente, vetusta, benigna, venenata, ignis gradus opere-
tur, quid ex quolibet generet, haud facilis erit huius rei expositio. Ego verò ab omnibus his imparatiō sum, quām vt huic rei declarandæ sufficiam. Valde namque exiliter in destillationibus me ipsum exercui. Quo-
circa hanc tractationem alijs relinquo, qui me longissime rectius intelligunt. Ac noui ego aliquos excelle-
lente doctrina & summa Chemicæ peritia præstantissi-
mos viros, quos hunc in se pietatis & vtilitatis publicæ
causa laborem libenter suscepturos mihi persuasi: &
vt faciat sedulò instanterq; oro. FVR. Nihil ergo prorsus hic vrgenti respondebis? E R. Nihil aliud, quām ge-
neralia, quorum mentio aliqua retrò etiam facta est.

Fractatus de occultis medicamentorum viribus, & natura purgantium conscripsi: quem ut antè dixi, simul ac recognoscendi ocium concessum fuerit, emendatum publicum faculcare cogito. In primis autem tibi nūc recitabo, quæ migitate.

hi de Paracelsi remedij, duo viri longè doctissimi scripsérunt, Dn. Ioannes Crato, Cæsaris Archiater, & alter

D. Ioh. Crato de remed. Par. quidam, cuius nomen certis de causis nunc silebo. Cratoni's verba sic habent. Remedia, quibus aliquando v-

sus dicitur, nō illius esse ex eo certus sum, quod librum vidi ante 200. ferè annos à monacho quodā Vlmæ scriptum, in quo eadem medicamenta, quæ ille frustillatim nunc in has nunc in alias chartas sparsit, perspicue sunt perscripta. Nullum reperies in vlo Paracelsi libro medicamentum integrum in uno loco, spargit in diuersis. Ea est malitia manifesta, cùm bonum sit *xiroponovē*, & nature ingenuæ & apertæ perspicui sermonis sint amantes. Eadem hæc diuersis aliquot literis repetiuit: ne ex-

Paracelsi re- ex eo patet, quod frequenter in pharmacorum descri-
media sunt an- ptionibus hæc verba inserit: ex nostra correctione: ex
tiquiora ipso. mea emendatione, aut similia. Proabant sanè verba
hæc, eum non authorem seu inuentorem, sed coiru-
ptorem (correctorem dicere debui) talium fuisse. Alterius,

Eruditiss. cu- iusdam uiri de pharmacijs Pa- racelsi sententia quem præclaram Reipublicæ operam nauatu-
rum confido, verba hæc sunt. Medicamenta Chemi-
ca semper diligenter inquirere studui: & ex illis, quæ re-
ctè possent ad usum transferri ægrorum magnifeci. Sed
profectò si qua alia in re homines possint decipi, ita
hac egregiè decipiuntur: cuius rei plurima argumen-
ta enarrare possem, nisi hæc epistola nimium verbosa
fieret. Audi verò, si non molestum est, quid ad me ex
Italia scribat N. N. medicus doctus & diligens: qui e-
tiam Chemicæ est peritissimus, & omnem diligentiam adhi-

adhibet, ut possit vera à falsis hac in parte discernere. Eamq; ob causam in Galliam quoque profectus est, vt idem ibi tentet. Incidi, inquit ille, in Chirurgiæ Paracelsicæ lectionem, eamque perlegens deprehēdi solo Mercurio Paracelsū omnes voluisse curare morbos. Quod quidem ne statim animaduerteretur, confinxit tot nomina, tot & varias præparationes: quibus tamen reue- Paracelsus
Mercurio mor-
bos omnes cu-
rare voluit.
ra vnum idemq; significatur. Nam in desperatis & malignis viceribus vtitur Realgare, quod Aquam volantem, Aquam vel Oleum mercuriale, Aquam citrinam &c. vocat: nihil verò aliud quam sublimatum Mercurium illis nominibus denotat, diligentius, quām vulgo solet fieri, præparatum. Per calcinatum, Calcotar rubrum, Turbit minerale, Aquam rubram & fixam, Corallatum &c. nihil quam præcipitatum intelligit. Easq; præparationes ex Gebro habet, ut propediem hæc & alia, si licebit, coram tibi demonstrabo. Colligo contrarietates ex ipsis principijs varias, præsertim in Mercurio Solis & Lunæ, ac reliquorum metallorum: quem ferre aliqui nunc nugantur, & medium vnciam ali- Mercurius So-
lis quanti ven-
datur.
quot centum florenis vendere non erubescunt. Credo Paracelsum multa excogitasse, vt homines pecunia & mente spoliaret: cùm ipse nihil eorum habuerit, & Præcipitatum vel Coagulatum mercurium tantum v- surpauerit: quod vt virulentum medicamentum interdum quosdam morbos desperatos expugnat: non sine tamen periculo. Hæc ille. FVR. Ipsa oratio horum virorum declarat, summa quæque ab eis exspectanda. Nec immerito speras eos nobis perfecta datus, quæ à te petebamus. Sed dic mihi, oro te, cur tanto applau- Cur ad eos audi-
su omnium ferè noua hæc pharmaca recipiuntur? ER.
Vera causa est, quod pauci rectè sapiunt, & plerique ni- dè pharmaca
Paracelsi expe-
tuntur.
mis facile credunt, quod cupiunt. De hac re supra quo- que aliquid diximus, quando preciosorum pharmaco-

**Hippocratis
querimonia.**

rum mentio illata fuit. Non est nouum hoc in arte nostra, & tate Hippocratis idem accidisse queritur his verbis. Noui, inquit, Medicos scientiae opinionem ex ijs rebus consecutos, ex quibus inscitiæ argui debebant. Loquitur autem de manuum figuris: & ne de his tantum loqui existimaretur, addit. ἀλλὰ γὰρ πολλὰ οὐτα τάντης οὐχινεκένει). Causam mox subiungit, dicens. τὸ γὰρ ξενοπεπέρες, οὐτω ξενιεύτες εἰ γέγονον, μᾶλλον ἐπαλινέβοτιν ή τὸ ξενιθὲς, οὐδη οἰδασιν οὐκ γέγονον: καὶ τὸ ἀλλόστοτον ή τὸ ένδηλον. Peregrina, inquit, quæ an bona sint nondum cognouerunt, magis laudant vistatis & consuetis, quæ vtilia esse sciunt: & absurdia, incerta, seu obscura præferunt notis & perspicuis. An non idem hodiè faciunt imperiti quidam cum Paracelsi affeclis? Apertum nimis est, eos peius etiam facere. Fastidiunt salutaria, & expetunt perniciosa. Nec alia ratione persuasi sic faciunt, quam quod noua putant consuetis præstabiliora. FVRN. Cum ex Cratone vetera ostenderis, quomodo noua nunc pronuncias? ERAS. Noua nostris sunt hominibus. Quanquam Medicis verè noua sint. Quod enim ante nostrū seculum incognita fuerint Medicis, ex eo liquet, quod clarissimi omnium ætatum Medici, etiam illi, qui Chemicæ quam æquum est studiosiores fuerunt, altissimo silentio præterierunt, aut leuiter solummodo quædam attigerunt, quæ foris adhibentur. Latuerunt igitur in officinis & fornaculis Chemicorum, ex quib. Paracelsus certa plurimorum pernicie extraxit. Chemici enim cùm se aurum, quod ex pulueribus excoquere satagerant, decoxisse animaduerterent, ne nihil fecisse putarentur, mirificos thesauros se inuenisse gloriari coeperrunt vt quemadmodum prolixis promissis loculos auarorum quorundam nimis credulorum exhauserant, ita aliorum valetudinem labefactarent atq; perderent. Vtrunq; probè eis successit. Nam sicut metalla repurgata

**Quomodo no
ua sint Para-
celsi medicamu
na.**

**Vnde Paracel
si pharmaca
prodierint.**

in

in autū transmutarunt, ita morbos de corporibus depulerunt. Huc ergo partim necessitate cōpulsi, partim pudore adacti, partim falsa ratiocinatione pertracti, deuererunt. Sic n. argumentātur. Quæ métalla puriora redundunt, corpora quoq; purificant: qua collectione nihil potest excogitari absurdius & falsius: vt iam pericula & mortes sileam, quam pestifera hæc argumentatio attulit. Sed mox reiecta sunt hæc à veteribus, vt ex ante dīctis patet. Ante annos aliquot, quando cum relucescēte veritate & resurgentibus bonis literis Cacodæmō vidit artem quóq; Medicā vnā cum alijs pristino suo nitori restitui, excitauit Paracelsum singulare instrumentum, per quod idē venenum iterū effunderet. Vt fraudē magis tegeret, nouis eum principijs donauit, nouisq; rationibus armauit. Nunc n. vix aliud vrgent magis nostri Nouatores, quā remédia nostra impura & terrestria es- se, atq; ideo nihil agere, sua verò defæcata, abs sordib. re purgata, & attenuata, efficacissimè operari. Et sanè veri aliquid dicūt. Sunt n. non pauca, quæ cōmodius agerēt, si fecus præparata administrarentur. F VR Vehemēter velim hac de re aliquid discere. ER. Sperauit me opera & auxilio D. Ioannis Pontani Medici excellētis, & Chemiæ peritissimi operæ pretiū facturū. Is. n. præstare multa poterat, atq; omnē diligentia promiserat: nec fefellisset, si non impedijsset conatū mors intempestiuā. Quare qd' ante dixi, capita quædā generalia duntaxat velut dīgitō monstrabo: vt alijs occasionē meditandi, & hanc artis partem cum æterna gloria sua illustrandi afferam. Etenim ita merebitur benè de ægrotantibus, vt melius vix possit. Primum tenere oportet, quod in prima velitatio ne dilucidē satis declaratū fuit, rem quamlibet diuersis sima tum agendi tum patiēdi potestatē habere, quoad ad res diuersas refertur. Aliter enim pānis, exempli gratia, ab igne, & à calore animalis patitur. Aliter quoque

Argumentatio
Paracelsica.

Capita quædā
de Remediis
per Chemiam
præparationis
bus.

ignis, in ceram & in lutum agit. Deinde scire conuenit, quid pharmacum quodlibet, cuius purgationem instituimus, hoc vel alio modo igni oblatum, à quo quis ignis gradu pati solitum sit: hoc est, quid ab igne virium vel acquirat vel perdat. Sed prius cognouisse oportet, in omnibus ne partibus vis, quām in quolibet medicamento querimus, insit, an in aliquibus solum inhēreat. Si non in omnibus simul impressa esse constet, exploratum habere decet, in qua insideat, in terrea ne vel aqua: crassa vel tenui: succo vel corpore. Multa namque sic habent facultates suas per omnes partes diffusas, ut eas vel omnino vel maxima parte amittant, si sciungantur. Multa in succo possident: in aqua ex eis quoquis ingenio elicta vix vestigium retinent. Multa Chemicæ industriam non requirunt: immò viribus ab ea suis spoliantur: ex quibus maceratione vires facile extrahuntur. Sciendum igitur, quæ per ascensum, quæ per descensum, quæ per expressionem, quæ per coctionem, quæ per macerationem facilius remittant suas vires. Quædam enim uno aliquo ex his modo, aliqua plurib. emundari possunt, ab inutilibus partibus, seu fæcibus: cæteris non possunt. Quæ frigefaciunt, ferè in omnibus partibus potentiam hanc obtinuerunt: & ab igne excalfacta, separata, immutata, vires suas bona ex parte perdūt. Quæcalescere possunt ac debēt, ab igne mutata vires maiores nanciscuntur. Quæ vel ipsa descendere in profundum, aut ad remotiores partes penetrare, vel alia deducere debent, ab igne attenuari subtilioraq; effici opus habent. Hæc si terrestribus & crassioribus partibus splicantur, efficaciora fient. Ad hos & similes scopos re-spicere illos oportet, qui impura medicamenta reddere puriora cupiunt. Non raro sanè medicamentum integrum maximè prodest, quod separatis partibus aliquibus venenum efficitur. Quamobrem plurima limitatione

tatione opus est, si errare hac in re cum ægrorum periculo non velimus. FVR. Si erratur vtroque modo, & quod purganda non purgantur, & quod purgatione non indigentia purificantur, in vtro periculosius fuerit errare? ER. Ego profectò persualissimum habeo in plerisque morbis & ægris minus nocere, qui pharmacis consueto more apparatus vtitur, quām qui virtute ignis extenuata & calefacta administrat, cūm talib. non est opus. Sententiam confirmat omnium seculorum experientia. Nam felicissimè curati sunt morbi omnes sanabiles solitis remedijs: extincti propè omnes sunt infirmi, qui nouis illis vti maluerunt. FVR. Culpa in medicis potius ignaris & indoctis hæret, quām in ipsis pharmacis. Constat enim rectè præparata plurimū promouere posse. ER. Haud nego, quod afferis. Ideo si & pharmaca ritè præparentur, & quæ purificationis agent, purificētur, & suo loco & tempore administrantur, nostra ætate quin commodiora sint, nihil ambigo. Sed velle essentias, tincturas, &cæt. ex omnibus extrahere, & his ad eas res efficiendas vti, quas integra vel visitato more præparata pharmaca præstare scripta, credita & comperta sunt, hoc verò aliud non est, quām despere. Quare insania est, putare essentiam Violarum hoc effecturam, quod Violarum succus vel substantia efficere solet. FVR. Hoc morbo laborare animaduerti medicum nequaquam indoctum, qui ad refrigerandum & lubricandum exhibit Violarum extractionem magna ignium vi concinnatam. ERA. Pessimè facit: nec obseruavit aut cogitauit, quid ignis efficere soleat, dum medicamenta immutat. Saltem meminisse debuit επιπρόματος, cuius toties à bonis authorib. facta est mentio: quodq; sensus nostri nos docent vires maximas in rebus cunctis, ipsa etiam aqua, possidere: ut ci-

In purgatis no
an non purga-
tis error sit pe
riculosior.

Olea, d'quo, tin-
dure metallo
rum quomodo
usurpanda:
neres nunc taceam. FVR. De Metallorum pulucri-
bus, oleis, aquis, spiritibus, tintutis, &c. vehementium
ignium vi confectis (quib. Paracelsi præcipue consi-
dant, maximeq; vtūtū) quid sentis? ER. Dico intra cor-
pus sumpta vel non prodesse vel maximopere obesse.

Quippe tam longè abest eorum temperatura à tempe-
rie hominis, vt arte amicitia inter ea conciliari nō pos-
calore nostro sit. Quæ à calore nostro vincuntur, aut ipsam et mutan-
tur ingestā, aut ab animalium caloribus, quorum nos

carnibus vescimur, superata sunt, ac superari possunt.
Quæ neutro modo euincuntur, deuoranda exhiberi tu-
to minimè poterunt. Cæterū metalla non concoqui-
ab animalibus, & multò minus à nobis superari nimis
est notum & confessum. Nullum enim scimus animal
conficiens metalla, præter Struthiocamelum: quem
ferrum deuorare & conficere ajunt. Sed huius carnem,
si præseriūm ferri multum comederit, an aliquis pro a-
limento sumpserit, & cōcoixerit, nescio. Si externis par-
tibus ad exsiccandum, calefaciendum, purgādūm, ero-
dendum applicare talia velis, consentientem habes plu-

rimorum seculorum experientiam. Hoc tibi pro cer-
tissimo confirmo, metalla omnia naturæ nostræ inimi-
ca esse: minus tamen ei nocere, si qualia sunt, deuoran-
da propinentur, quam si ignis potētia in oleum, aquam
pulueres, &c. vertantur. Non enim possunt isto modo
præparata non deleteria fieri. FVR. Sed præparatione
amittunt facultatē venenatam, benignioraq; euadunt.
ER. Aut naturam & temperiem vi præparationis Che-
micæ nouam adipiscuntur vetere desperita, aut pristi-
nam seruant naturam. Si hoc affirmetur, consequitur

Inimica nobis
multa ignis
ui inimicitora
redduntur. alterum illud, ex præparatione igniumque vi nocen-
tiora esse reddit. Quicquid enim cum corpore no-
stro conuenientiam non habet, hoc multa vi ignis per-

nitosius effici oportet: cum que ei familiarissima sunt,

vt mel & vinum, longa & durabili actione ignis venenafiant, testibus Paracelso & discipulis. Non loquimur hic de nocentibus frigiditate sola, sed de illis, quæ propter temperamenti proprietatem offendunt, quam ignis non emendat. Non verti porrò metalla in oleo nisi à vehementissimo igne cunctis confessum est. Si abiecerunt temperamentum natuum & induerunt nouum, vires quas prius habebant, amiserunt. Impossibile namque est, vt propria corporis naturalis virtus permaneat, cùm peregrinam contraxit naturam, prioremque speciem mutauit. (Obiectio de qualitatibus certæ materiæ inharentibus, de quibus alibi iam diximus, nobiscum non pugnat: cùm de talibus hic solis & præcipue disputemus.) Quocirca omnino à talibus abstinentendum censeo, si deuoranda proponantur. Nam extrinsecus admota non vitupero: cùm aliquid prædictorum est agendum. Quòd propter duritatem maiores & nobiliores habere vires dicunt, in superioribus tanquam fatuum refutatum explosumque fuit. FVRN. Venit iam in mentem, quòd Paracelus hac de re scriptum reliquit in libro de Lapide Philosophorum his ferè verbis. Nihil prorsus ambigo, quin cogamur confiteri, arcana metallorum præcipuam cum corporibus humanis habere conuenientiam: perfectaque metalla perfectionis suæ causa, humorumque radicalem, qui in eis inest, multa posse in humanum corpus. Nam Mercurij, Sulphuris, & Salis, quæ in metallicis rebus ex parte quiescant, occulte tamen particeps est homo: & cùm simile simili iungitur, & ratione administratur remedium naturahaber. Magnum arcanum est hoc in medicina: vt mirari nullus debeat, quod præclarissimæ inaudite & insperatae curationes sequuntur: quæ ab imperitis impossibiliter diuidantur. Ideo hic tantopere prodeisse, inquit;

Metalla nō habent nobiliores vires propter duritatem.

*Animalia & plantæ perfe-
ctiores sunt me-
tallis.* quia similia sint, & perfecta corpora. Egoverò iam di-
dici, ac scio nullum post conditum mundum fuisse, qui
non videret atque crederet, animalia & plantas perfe-
ctiores creaturas esse metallis. Si ergo ad curationem
perfectio confert, conducibilia his illę fuerint. Quod
similitudinem nullam nobiscum adepta sint, iam ex te
didici. Nam neque à nostro, neque ab animalium alio-

*Metalla cum rum calore superari possunt. Quæ in excessu natura-
bis sunt, ea certè similia nullus sanæ mentis putat.
simile nihil ha- Quippe aut nihil agunt in nos, aut pernitosæ & vene-
bent, nata sunt. Fiunt quædam nobis similia, postquam ab a-*

*nimali aliquo prius comesta, & in carnem conuersa
sunt. Quædam sola coctione ac præparatione aliqua
egent. Plurima statim familiaria sunt, quæcunque sci-
licet cruda edere homines innoxie solent. Omnia hæc*

*Quænulli ani-
mali cibus sunt
ea amica nobis
esse nō possunt* animalibus etiam plurimis cibi sunt. Metalla autem nullis quomodo cunque præparares, congruunt: si vnum Struthiocamelum excipias, quem solum confiscere fer- rum autumant. Ratio, qua similitudinem suam pro-
bat, quia videlicet idem Sulphur, Mercurius, & Sal in vtrisque insit, prorsus est ruditis, insana, & futile. Pugnat enim cum omni doctrina humana & Diuina, sicut de-
monstratum à te iam antè fuit. Pugnat non minus


*In reb differen-
tibus nō idem
mercurius.* cum hypothesi Paracelsi. Recordor enim non multò
autem antè locum à te citatum, in quo docet in rebus singulis
in esse sulfur, sal peculiarem in esse salem, mercurium & sulphur. Nec


sanè aliter loqui possunt, nisi res omnes vnum & simi-
les dicant esse. Cùm enim omnia contendant ex dictis
tribus constare, omnia eadem habent. Similia igitur
sunt omnia: aut falsa est ratio ejus, qua metalla similia
facit homini, quia participauerit sulphur, salem, mer-
curium. Eadem non sunt in vtrisque, cùm plurimum
different metallum & homo. Similia non sunt, cùm
altera ab alteris concoqui nequeant. Si ex tribus his
omnia

omnia concreta sunt, quæ nam causa erit inimicitiae & disparitatis? Quicquid pro causa afferant, dissimilia esse homines & metalla cogentur, velint nolint, confiteri. Inanditas & incredibilis curationes consecutæ paracelsorum cùm ait, verum dicit. Nam tanta crudelitas & immunitas in curando nec audita suit, nec credi potuit, prius quam res docuit tales inuentos fuisse carnifices. In eodem libro afferit summam medicinam in Electro, ali-
bi in Philosophorum lapide inesse: & utrumque vene-
num esse, illud in præparatione, hunc etiam post præ-
parationem scribit. De miraculo lapide, quo alio in
loco se percurauisse Podagricos, Epilepticos, Lepro-
sos, Colicos, Cancrosos, & nescio quos non affirmat,
hæc scribit in iam citato libro. Fateor adhuc ex super-
abundanti non in præparatione solum, verum etiam post eam venenum esse: & quidem nocentius quam nenam.
Lapis philosophorum est unus.
ante præparationem: sic tamen, ut tantummodo si-
milia querere venena aptum, & fixos incurabilesque
morbos prodere pellereq; ratum sit. Ut iam cætera si-
leam, hoc solum dicam, metallis ipsum perfectis pro-
pter perfectionem omnia attribuere, hic Electro adscri-
bere, mox Lapii fatuorum hanc laudem vendicare, a-
libi Mercurij proprium confirmare, plerunque Antimonium cæteris omnibus anteponere. In tanta incon-
stantia quid dici aliud potest, quam insana esse somnia
& pestilentes nugas, quæ nobis nouus ex Tartaro egres-
sus protulit Aesculapius? Vides ne quantum ex dispu-
tationibus tuis profecerim? Hunc fructum quia ex eis
cepi, ut ipsem iam refellere falsitatem, & retundere
insaniam Paracelsorum possim, finem disputationi
hunc tibi per me licet imponere. ERA. Igitur omnipo-
tentis Deo trino & uno ex toto pectore gratias ago,
quod pro infinita bonitate sua clementer nobis adfuit,
& ad desideratum finem disceptationem perduxit.

Eundem instanter obsecrare cuncti debemus, ut à tetricis
& pestiferis erroribus nos præseruet, suoque Sancto
Spiritu corda & cogitationes nostras omnes regat &
dirigat, ad sacrosancti nominis sui gloriam, plurimo-
rum incolumitatem, ac nostram atque alio-
rum salutem. Amen. Cal. Junij.

anno. 73.





IN VLTIMAM PARTEM DISPV.

TATIONVM ANTI PARACELSICARVM

Index rerum & verborum copiosissimus.

A	Bditas rerum uires quomo- do Galenus describat	136	Aegyptijs cur elephantiasis frequens sit	173
	Absinthium tegit ingratis pharmacorū sapore	119	enigmata Paracelsica contempfit Eraustus	2
	absinthij succus in Ascite feliciter ex- hibitus	215	aer ex naribus non ingreditur calua riam sine inspiratione	64
	absinthite uinum purgans	213	enigmaticè cur loquatur chemici	11
	accidentia quomodo à subiectis di- cantur separari	89	eruginosa bilis intensif. intestino- rum dolores facit	231
	acidus sapor quomodo conciliandus purgantibus	117	etatis mutatio epilepticis conducit	
	acia medicamenta per nares attra- cta morsum faciunt in cerebro	66	affectiones naturales quot modis de- leantur	137
	acia non omnia salem participare	229	Alcis ungula rasura in epilepsia u- surpatur	108
	actio partium non lreditur ipsarum dispositione illæsa	27	Alexandria pro Deo bestias coluit Antonij seculo	163
	actio pure similaris quænam dicatur	31	pro alimentorum natura partus mu- tantur	292
	actionis absolute causa anima est	95	alopecia lepræ species Parac.	190
	bonæ uel male instrumenti ipsius dispositio	ibidem	alphos difficulter curatur	190
	actions similares continentur gene- re temperamenti	35	amuleta in multis morbis ad cura- tionem conducere	131
	actionum principum instrumenta sunt spiritus & cerebri apta con- formatio	37	amuleta seu periopta quomodo mor- bos curent	137
	Actuarius hieram sumentibus magna pollicetur	113	amygdalarum dulcium oleum recens potum utile colicis	245
	adstringens pharmacum Paracelsi miraculosum	133	analeutica epilepsie species	82
	Aeginetæ sententia de resolutis post colicane	255	anatomia spiritus sensitui est sedes planetæ epilepsiam causantis	81
			Andreas Perusinus Romanus Poda- gricos cauterijs curat	278
			anima sine instrumentis corporis	

I N D E X.

not coquuntur, sed ambulant,	c. 64	tres magis occupet	25
Anima rationalis origo diuina	45	apoplexia pueris rariſime accidit	
animarum gradus ratione nobilita-		62	
tis ex ignobilis tatis	44	apoplexia est obstructio ventriculo-	
animalis spiritus quomodo sensum		rum cerebri	51
adferat partibus	46	apoplexia quid	71
animalia occisa in uitam se restituere posse Parac. professus est	13	apoplexia & epilepsie unus idemque	
animalia quedam diuisa cur motum		locus affectus est	56
& sensum retineant	44	apoplectici cur non moueantur	49
animantium perfectiorum partes pre-		apoplecticorum symptomata	68
fектae cur non sentiant	44	aqua quam pituita à natura sanguini-	
Antidotus Tralliani ex corallis in-		magis abest	203
noxia	288	aqua hydropicorum expurgata quid	
antidota quaecunq; non uacuant, poda-		agendum	212
gricis obsunt	287	aqua uicina quomodo humectet	193
antidotis podagrlicis quando sit uten-		aqua hydropicorum per uenas fluit	
dum	284	& refluit	208
antimonium quomodo omnes mor-		aqua hydropicorum maturatione	
bos curare dicatur	157	nulla indiget	219
antimonij extractio præseruat à le-		aquarum epilepticarum usus	233
pra	192	Arabes multis superstitionib. artem	
animonij uitru noxiu remedium	11	defenderunt	194
Antoninus Imper. theriaca quotidie		Arabum insulsa distinctio elephan-	
usus	286	tici morbi	175
Ant. Franciscus Pigafetta Vicentinus		arcana Coralium podagre con-	
anatomicus.	66. 69	fert	254
Ant. Mizaldus de frugibus medicatis		arc. cordis nil opis fert cerebro	147
120		arcana aduersus astra pugnant non	
Antonio Eremitæ Hippocentaurus		aduersus corpora naturalia	140
in eremo apparuit	164	Archigenes nominibus minimè gra-	
anxietates unde fiant	68	cis usus	9
apoplexia uniuersalis Paracelso est		Archigenis cataplasma pro podagri-	
species epilepsie	82	cis	276
apoplexia sub epilepsia continetur	19	Aretæi de sacri morbi appellatione	
apoplexia an corpus cerebri uel uen-		opinio	22
		Aristoteles de causis doloris philoso-	
		phicè loquitur	22
		Aristo;	

I N D E X

- Aristoteles animam rationalem immortalem pronunciauit 45
 Aristoteles uoluptatem rationembo ni habere contendit 224
 Aristotelis opinio de morbo caduco 23
 Armenij lapidis usum non omnibus concedit Erastus 215
 arteria & uena cerebri non possunt cause esse ratiocinationis 28
 Arthritis Paracelso fit à mercurio precipitato 270
 Arthritit. Hippocrates lib. de affect. ex bili & pituita ait fieri 262
 ex Articuli profundo quomodo in superficiem repathumor in podagra 264
 ab articulo uno cursepe inchoetur podagra 264
 articuli qui sint à podagra tutiores 267
 articuli unius quam alterius homines humorem facilius recipiunt 265
 articuli quibusdam facile excidunt alii difficulter 266
 articuli pedum cur adfluxiones suscipiendas sint apti 261
 articuli pedum quibus roborentur 285
 articulorum debilitas quatenus sit causa podagre 273
 artuum resolutio quare colicos dolores subsequatur 236
 Asari radicis decoctum in uino Chalybeato aquam ducit 212
 ascensens epilepsie 80
 Asciticorum pauperis curati historia 215
 Ascitos plurimos Erastus curauit 203
 Asciticae mulieris historia 210
 Ascites qui in anasarca facilius curatur Erasto 203
 Ascites hydropum periculosissime 203
 ascites sub undimia comprehēdit P. racelsus 206
 in ascite cur partes superiores tabescant 204
 Aspargi vsus in hydrope 216
 Aſſis carnibus uesci hydropicis interdictum 218
 Aſſimilatio purè ſimilaris eſt actio 32
 aſtra quid uocet Paracelſus 141
 aſtra Paracelſi externa & interna que ſunt 144
 aſtra alterari non possunt 148
 aſtrales morbos quos uocent Paracelſici 86
 attrahens pharmacum P. racelſi miraculosum 133
 Auerois opinio de cauſa doloris 225
 Auerois studium in tuendo Aristotele 42
 opinio de epileptia approbata ibidem
 Auciennæ ſententia de epileptia in paralysin abeunte 53
 aurea poctarum ſecula reſtituunt P. racelſici 157
 aurum diaphoreticum roborat hydroponicos 217
 aurum quamobrem medici pharmaci

I N D E X.

- admisceant 194
 aurum potabile facit crescere Balsa-
 rum 192
 aurum deuoratum an exhiberet 196
 per accidens aliquādo iuuat 192
 aurum remedium epilepsie 140
 aurum cordis affectibus solum adie-
 cerunt Arabes 194
 frustra coquitur atque distillatur
 ibid.
 aurum quantum à nostra tempera-
 tura absit 194
 aurum potabile facile rursus in au-
 rum transmutatur. 197
 absq; corrodentibus in liquorem
 solui non potest 197
 aurum in halitum resolui ab igne nō
 potest 192
 aurum est cura lepræ rubræ Para-
 celso 192
 auri cocti usus 195
 auri potestas in resolutione ex colli-
 ca curanda 255
 auri splendor ad conciliandam bila-
 ritatem an conducat 196
 austeri colicus ab umbilico uersus spi-
 nam fertur 240
- B.
- Balsamus quid sit nec Paracelsus nec
 ullus alius nouit 183
 Balsamum hominis est humidum ra-
 dicale 193
 Basileæ à Paracelso curati omnes
 intra anni spaciū obière 160
 Bernhardi Dessenij Cronenburgij li-
 ber de curationibus Paracelsico-
 rum 162
- Bertholdus à Leippa oculo altero
 priuatus à Paracelso 159
 Bilis quid Paracelso 248
 Bili colicam acceptam non ferendam
 esse probat Paracelsus 242
 Bonum est sui communicatiuum, sic
 & Med. 15
 Boreas colicus à spina uersus umbi-
 licum fertur 240
 Brasīcæ marinæ usus in hydrope
 212
 Brutorum cerebra exempta sine a-
 ctionum noxa 31
 Bryoniae radicis usus in epilepsia
 117
 Bufonis lapidis impostura & com-
 mentum 138
 Butyrum præcauet tartari adhesio-
 nes, sicq; dolores colicos 253
- C.
- Cacheutici instar hydropicorum ab
 Erasmo curati 214
 Caducum Paracelsus ponit incur-
 bilem 138
 Caducum à symptomate appellavit
 epilepsiam Paracelsus 23
 Cagastrum Paracelso est semen ex
 corruptione ortum 83
 Calchantium ex numero corporum
 eximunt Paracelsici 87
 Calchanti sulfur stupefaciēs est cau-
 sa epilepsie Par. 81
 per Calchanti sulfur quid intelligat
 Paracelsus 85
 Calchanti uolatilitas epilepsiae re-
 medium Paracelso 140
 Calculus & podagra morbi fini-
 timi

I N D E X.

timi	283	Castorium colicis utile	346
Calor intemperatus non generat flatus	202	Castorij odore epilepticis excitatur	59
calor principalis causa concoctionis	199	Catalepsis morbinotio perpetua & descriptio	72
calorem natuum suffocantia hydro- pis causa esse possunt	201	de Catalepsios causis uarie ueterum opiniones	72
calorem et frigus Paracelsus facit causas lepre	183	Cataleptici quamobrem non sentiantur	49
calida quomodo hydropem pariant	201	Catalepticorum symptomata	58
chalybis limatura cacheoticis utiliter exhibitetur	214	Cataleutica Epilepsie species	82
Cancer uniuersalis quando dicatur elephantiasis	170	Cataplasma pro hydropticis	216
Cancer cur sit incurabilis	174	Cathartica solummodo uacuant ea qua in uentre sunt	152
capillorum desluiuum in elephanti- cis signum graue	179	Catharrum ad epilepsiam cur ad ca- put referunt Paracelsici	19
caput celeriter perturbantia epile- pticis sunt cauenda	112	catharris iunt cerebro noxia expel- lente	67
capitis frictio matutina podagricis conueniens	282	Catoche quid	72
capitis heclica intemperies perdiffi- cili est	279	Causa & morbus remedium, non au- tem remedij quantitatem ostendunt	107
capite difficilior est purgatio qua auicinis circa intestina partibus	110	Causa & effectus non sunt essentiae uniuersi partes	70
Caracalla Imp. amuletis uti lege in- terdixit	134	Causas morborum Parac. uocare so- litus est morbos	240
carnes in aquam resolui an recte di- xerit Hippocr.	204	Cauteria qua parte adhibenda epile- pticis in loco incognito	114
Certadolorum regio indie Satyros habet	163	Cauteria quo sine podagricis sint ap- plicanda	282
caspi ejus in scio factus grauis esse ob- seruatus	68	Cauterijs quando in podagra uten- dum	283
Cassia cum oleo anisi in colica con- fert	245	Causticum uulgare Erasti	119
		Causticorum usus in paroxysmis epi- lepticorum	108
		Cauticis curati epileptici historia Fernelij	113

I N D E X.

- | | | | |
|---|-----|--|-----|
| <i>Ex Centaureo antidoti usus</i> | 285 | <i>robustis</i> | 222 |
| <i>Centrum epilepsie nemo hominum
scire potest</i> | 51 | <i>ex Chamæpithy sirupus colicis pur-
gandis conueniens</i> | 248 |
| <i>Cerasorum flores hydropicis utiles</i> | 212 | <i>Chaos quid in homine & mundo ef-
ficiat</i> | 240 |
| <i>Ceratum ex Bryonia podagrificis uti-
le</i> | 285 | <i>Characteres & admurmurations</i> | |
| <i>Cerebrum in sua substantia nō sentit</i> | 29 | <i>Galenus reicit</i> | 133 |
| <i>Cerebrum an sit instrumentum ratio-
cinationis quatenus est pars simi-
laris</i> | 31 | <i>Chemiae industria multa pharma-
ca non requirunt</i> | 304 |
| <i>Cerebrum propriè loquendo nō con-
uellitur</i> | 77 | <i>Chemicæ artis auxilio gustui gra-
tiores efficiuntur purgationes</i> | |
| <i>Cerebrum propter arteriarum mo-
tum in uulneratis putatur moueri</i> | 63 | <i>Chemici malo fine ænigmaticè lo-
quuntur</i> | 22 |
| <i>Cerebrum sue compositionis ratione
ad motum est ineptum</i> | 63 | <i>Chemici cur se pro medicis uen-
ditent</i> | 12 |
| <i>Cerebrum externum Paracelsus uo-
cat remedia</i> | 138 | <i>Chinæ decoctum podagrificis salu-
bre</i> | 282 |
| <i>Cerebrum an sentiat</i> | 66 | <i>China radicis decoctum epilepticis
conducit</i> | 123 |
| <i>Cerebri motus quē usum habeat</i> | 64 | <i>Chrystalloidis humoris actio quæ pù
rè similaris, quæ purè instrumen-
talis</i> | 33 |
| <i>Cerebri temperamentū in epilepsia
non laeditur</i> | 34 | <i>Chiragræ nomen unde</i> | 258 |
| <i>Cerebri partes præcipuae quæ</i> | 27 | <i>Christophori Vuirsungi puluis con-
tra podagram</i> | 290 |
| <i>Cerebri temperies non est causa im-
mediata actionum principum</i> | 34 | <i>Christus morte sua non redemit be-
stias, ut conatur afferere Paracel-
sus</i> | |
| <i>Cerebri influxu pars nulla est priua-
ta, dum ea mouetur</i> | 43 | <i>Chrysippi oratio qualis ex Galeno</i> | 166 |
| <i>Cerebri affectuum ueræ causa multæ
ad hoc latent</i> | 161 | <i>chyligenratio actio est mixta</i> | 33 |
| <i>Cerebro & epate calidiore prædicti
facile podagra corripuntur</i> | 260 | <i>chirurgica ingenia Paracelsi in cu-
ratione epilepsie</i> | 141 |
| <i>Chalybs lienis obstrunctiones deob-
struit</i> | 212 | <i>ciceris hydropicis exhibet Paracel-
sus</i> | 218 |
| <i>Chamelææ folia aquam ducunt in</i> | | <i>cichorij specificum præseruat à Le-
pra</i> | |

I N D E X

<i>pra</i>	192	<i>Colici doloris à calore signa</i>	232
<i>Claretum colicis conueniens</i>	246	<i>Colici doloris species</i>	233
<i>Clareti purgantis pro epilepticis</i>		<i>quænam sint curabiles</i>	ibid.
<i>descriptio</i>	118	<i>colico dolori obnoxij cruditatem fa-</i>	
<i>Clysterum compositio in colicis do-</i>		<i>gere debent</i>	233
<i>loribus</i>	248	<i>colici morbi qui diuturni sint</i>	234
<i>Cnicis semen cum cibis exhibuit Ga-</i>		<i>Colici dolores quibusdam sunt ui-</i>	
<i>lenus</i>	122	<i>tio conformatioonis intestinorum</i>	
<i>Colica Paracelso est ab igne</i>	240	<i>Colici ne relabantur quomodo sie</i>	
<i>colicæ curatio à Paracelso inuecta</i>		<i>precaudendum</i>	247
<i>confutatur</i>	252	<i>colici quomodo resoluantur iuxta</i>	
<i>Colicas omnes igneas & calidas fa-</i>		<i>Paracelsum</i>	254
<i>cit Paracelsum</i>	242	<i>Colici resoluti quomodo curandi</i>	255
<i>Colicus dolor Paracelso est flatus</i>		<i>colici cur resoluantur iuxta Parac.</i>	
<i>230</i>		<i>241</i>	
<i>Colicus dolor sub podagra contine-</i>		<i>colicorum dolorum durationis cau-</i>	
<i>tur Paracelsicus</i>	22	<i>sa</i>	233
<i>Colicus dolor unde sit nominatus</i>		<i>ex capitis uitio curandi modus</i>	250
<i>222</i>		<i>colicorum curatio iuxta Paracelsum</i>	
<i>Colicus dolor raro habet causam à</i>		<i>251</i>	
<i>capite desfluentem humorem</i>		<i>color redundantis in corpore succi</i>	
<i>239</i>		<i>certissima nota</i>	169
<i>colicus dolor à causa calida est gra-</i>		<i>Comitialis morbus & homo ex ijs-</i>	
<i>uior alio</i>	238	<i>dem sunt confecti</i>	148
<i>colieus morbus cur febribus diutur-</i>		<i>comitialis morbi remedium quale es-</i>	
<i>nis frequenter succedit</i>	247	<i>se debeat</i>	83
<i>colicus morbus incorporeus est &</i>		<i>comitiales annuo Bryoniae usu san-</i>	
<i>tantum uentus</i>	241	<i>ri Dioscorides prodidit</i>	117
<i>colicus dolor in epilepsiam transmu-</i>		<i>congelatio quamobrem dicatur Ca-</i>	
<i>tatus</i>	234	<i>taepsis</i>	72
<i>colici doloris curatio</i>	243	<i>Constantino cadauer Satyri allatum</i>	
<i>colici doloris duplex origo iuxta Pa-</i>		<i>Antiochium</i>	165
<i>racelsum</i>	247	<i>Continuitas quid uerè dicatur me-</i>	
<i>colici doloris curatio per adipes Pa-</i>		<i>dicis</i>	226
<i>racelsica</i>	252	<i>continuitas quomodo ab unitate dif-</i>	
<i>colici doloris nomen multis affecti-</i>		<i>ferat</i>	<i>ibidem</i>
<i>bis tribuitur</i>	222		

I N D E X.

- | | |
|--|--|
| <i>Continuitatis solutio an dolorem. gi-</i> | <i>Criminationibus nimium indulget</i> |
| <i>gnat</i> | <i>Paracelsus</i> |
| <i>Continui solutio fiens, non facta est</i> | <i>in Crisibus acres humores naturam</i> |
| <i>causa doloris</i> | <i>ad expulsionem stimulant</i> |
| <i>Continui solutionem dolorem non fa-</i> | <i>Croci Martis uirtus preparatio</i> |
| <i>cere ostendit Auerroes</i> | <i>229</i> |
| <i>Conuulsio & Singultus quatenus dif-</i> | <i>Croco metallorum nihil siccius esse</i> |
| <i>ferant</i> | <i>putat Paracelsus</i> |
| <i>Cor sensu naturali noxia percipit</i> | <i>Cucurbitulae quales Colicos inueni-</i> |
| <i>67</i> | <i>251</i> |
| <i>Cor externum Paracelsi</i> | <i>curatio methodica quæ sit</i> |
| <i>Cor noxia sentit sine sensu animali</i> | <i>cutis est hominis firmamentum Pa-</i> |
| <i>68</i> | <i>racelso</i> |
| <i>Cordis motus actio mixta ex simila-</i> | <i>Cydoniorū succus cur in colicis deu-</i> |
| <i>ri & dissimilari</i> | <i>tandus</i> |
| <i>Cordis palpitatio sub epilepsia con-</i> |
D |
| <i>tinetur</i> | <i>Demones obfessorum membra absq;</i> |
| <i>in Corde actiones triplices inueniun-</i> | <i>animæ opera mouent</i> |
| <i>tur, similaris, instrumentalis &</i> | <i>dæmones quid & quales sint substan-</i> |
| <i>mixta</i> | <i>tie</i> |
| <i>Corallorum liquor hydropicis con-</i> | <i>decollati pedes an moueantur, soleæ</i> |
| <i>ueniens est</i> | <i>pedum compuncta</i> |
| <i>Cormaniæ scribendis libris operam</i> | <i>decollatorum capita cur adhuc mo-</i> |
| <i>dedit Paracelsus</i> | <i>tum habeant</i> |
| <i>Corpus epilepsie quid</i> | <i>definitiones proprietatum ex nota-</i> |
| <i>Corpus hominis ex quatuor elemen-</i> | <i>tione subiecti & causa efficiente</i> |
| <i>tis componi inscius Paracels. af-</i> | <i>sunt construenda</i> |
| <i>firmsit</i> | <i>deligaturæ utiles in paroxysmis e-</i> |
| <i>Corpora sola pugnant Paracelso</i> | <i>pilepticis</i> |
| <i>299</i> | <i>deliria brevia non requirunt altera-</i> |
| <i>Coryza fit cerebro noxiuum expel-</i> | <i>tionem temperamentii cerebri</i> |
| <i>lente</i> | <i>34</i> |
| <i>Cranij humani puluere uti in epile-</i> | <i>in diæta podagrorum dimidium</i> |
| <i>psia diabolus docuit</i> | <i>curationis consistit</i> |
| <i>Crapula hydropis causa Paracelso</i> | <i>diacoralij usus in podagra</i> |
| <i>206</i> | <i>drapet, qualis articulatio</i> |
| <i>Creticiuini usus in colica</i> | <i>discipulus Paracelsi oppugnat pre-</i> |
| | <i>cepto</i> |

I N D E X

- | | | | |
|--|-----|---------------------------------------|---------|
| ceptorem à Deo edictum | 297 | nicone | 212 |
| discutientia in paroxysmis epilepti- | | Electaria epilepticis cōducētia | 123 |
| cis quatenus usurpanda | 108 | elemento in mīstis unico corrupto | |
| doctorum hominum scripta iniquè | | pergit congenitus calor | 142 |
| reprobendunt Paracelsi | 9 | elementa ratione prædicta fingit Pa- | |
| dolor mordax quatenus ab intempe- | | racelsius | 242 |
| rie proficiscatur | 227 | Elephas fiens quādo dicatur & qua- | |
| dolor si uel ab intemperie uel à solu- | | do factus iudicetur | 176 |
| ta continuitate | 223 | elephas consummatus est incurabi- | |
| dolor est symptoma sensus | 223 | lis | 190 |
| dolor colicus plerunque à flatu ori- | | elephas causa & effectus est melan- | |
| tur | 233 | cholici humoris | 175 |
| de doloris causis, Paracelsorum o- | | elephas seu lepra quid apud Paracel- | |
| pinio | 229 | sit | 182 |
| doloris quot sint causæ proximæ | 225 | elephas quando incurabilis sit cen- | |
| doloris cur due tantum sint causæ | | sendum | 186.188 |
| immediatæ | 228 | elephantis fientis curatio qualis | 186 |
| doloris causam nunc unicam nunc | | elephantem curaturus quæ præstare | |
| duplēcēt facit Galenus | 225 | debeat | 189 |
| dolorum colicorū species multæ iux- | | elephantiasis non est putredo à Para- | |
| ta Paracelsum | 243 | celso dicta | 184 |
| dolorum remēdia optima sunt quæ | | elephantiasis est lepra Arabum non | |
| causæ tollunt | 244 | Grecorum | 162 |
|
E | | elephantiasis adhuc incipiens cur c- | |
| Ebuli radicis succus aquam dicit im- | | tiā curauit sit difficilis | 187 |
| becillioribus | 212 | elephantiasis morbus à magnitudi- | |
| Eclipsis Lunæ quid & quæ eiusdem | | ne nomen adeptus | 162 |
| cause | 71 | elephantiasis quomodo à lienis ob- | |
| Ecstas in epilepsie speciem facit Pa- | | structione oriatur | 178 |
| racelsius | 81 | elephantiasis naturam Paracelsus | |
| Ecstaticorum symptomata | 88 | nunquam cognitam habuit | 184 |
| Ecstas in speciem catalepsos uel me- | | elephantiasis notatio, Latinorum & | |
| lancolice esse | 85 | Arabum lepra | 168 |
| Elaterij integrum drachmam Para- | | definitio | 169 |
| celsicus porrigerere ausus | 156 | elephantiasin progenerates cibi | 175 |
| Elaterij usus in hydrope cū diaphœ- | | in Elephantiasi quæ uina secunda | |
| | | 186 | |

I N D E X.

in Elephantiasi cur sepius purgandum	187	Enula campana salem solutum sola ritate expurgat	252
Elephantici morbi generatio quo- modo fiat	170	epatis natura non mutata non gene- ratur elephas	170
elephanticum nullum se curasse Pa- racelsus & Erastus fatentur	21	in Ephialte dormientes patiuntur quod epileptici uigilantes	56
in Elephantico corpore quid æger et quid medicus spectent	184	Epileutica epilepsia species	82
elephantico morbo laborantes sunt libidinosi	161	Epilepsia non potest in uno corpore ex pluribus locis pululare	22
elephantici ex uiperarū usu uel potu apud Galenum quomodo curati	180	Epilepsia apoplexiam nunquam uel rarò precedit	52
elephantici non habent Balsamum	192	in Epilepsia quid sentiant Paracel- sici discipuli	57
elephantorum symptomata	169	Epilepsia unde intelligatur cerebri morbus esse	26
elephantis que uictus ratio sit pre- scribenda	187	epilepsia quomodo generetur iuxta Paracelsum	80
Elleborus Paracelso membra omnia perreptat	143	Epilepsia laborare qui dicantur	92
ellebori nigri usum in epilepsia com- mendat Paracelsus	140	Epilepsia in capite causam habens cateris est grauior	59
ellebori radix aquam hydropicorum eduicit Paracelso	217	Epilepsia est certæ partis morbus	23
ellebori radicis essentia corpus epile- pticum educit cum paucis excré- mentis	152	Epilepsia est Paracelso homunculus ab iratis sanctis immissus	79
elleborum sepius exhibere antiqui non timuerunt	115	Epilepsia in pedibus uel manib. con- sistens cur sit euratu facilior	111
elleborum pueris in lacte exhiben- dum Paracelsus iubet	147	epilepsia senes rarò corripit	56
alibi solis senibus conducere ait ibidem	17	epilepsia ex reliquijs doloris colici nata	234
Emminata purgantia ueteres con- fecerant	120	epilepsia non quavis obstructio est apud Galenum	40
Emminata emollientia solice cui conueniant	245	epilepsia non est obstructio Erasto	42
		epilepsia parua est magna sternuta-	10
		epilepsia causam in capite habens	50
		cur difficultius excindatur	110
		epilepsie prima species etiam à ua- pore	

I N D E X.

pore generatur	58	epileptici aliqui sanantur, et si ubi can-
epilepsie tredecim species	82	sa mali colligatur incertum sit
epilepsie nomen duo significat	75	109
epilepsie curatio in quibus potissi- mum constat	111	epileptici aliquando habent aliquid apoplectici
epilepsie nomen à subito insultu fa- ctum	22	epileptici qui facile & qui difficile sanantur
epilepsie causarum generalis enu- meratio	77	epileptici cur cum moueantur non e- tiam sentiant
epilepsie definitio & operatio	25	47
epilepsie curatio sine purgatione non continuata frustra atten- tur	127	epilepticorum corpora sèpius pu- ganda sunt
epilepsie species quibus signis di- stinguuntur	78	123
ad epilepsie nomen auditum despu- re antiquus mos	23	epilepticorum spuma ex saliu na- scitur
epilepsie tot species quot & toni- truum, nam & ipsa tonitru est	79	60
epilepsie humanum sanguinem ca- lentem, potum nonnulli credunt prodeesse	136	epilepticorum potus
epilepsie tres species earumq[ue] iuxta Galenum causæ	39	118
epilepsie specierum differentia mo- tus ratione	41	epilepticorum membra non carent spiritu animali
epilepsie cause proxime omnes in capite esse possunt	78	48
epilepsiam curandi modi quatuor Paracelsi	141	epilepticis qualis uictus ratio sit pre- sorbenda
epilepsiam dum incurabilem dicit Pa- racelsus, mentitur	105	112
mentiuntur eius discipulicuratio- nem ei adscribentes	ibid.	epilepticos quænam per accidens cu- rent
epilepsiarum symptomata ab inui- gem differunt	42	129
		epilepticos an current Paracelsi
		157
		epilepticos à dæmoni occupari anti- quitas creditit
		22
		epilepticos metallicis curados quam- obrem Paracelsus senserit
		256
		epilepticarum duarum uirginum hi- storia
		51
		epilepticarum aquarum duarū pre- flantissimarum Erasti & Langij formulae
		224
		Eraustus plures hydroptic curauit quā Parac. et omnes eius discip.
		216
		plures qui pro leprosis habeban- tur curauit
		191
		tympaniticum curauit
		203
		in chem. exiliter exercitatus
		299
		Langij cōpositiones inscius ferē

I N D E X.

adæquauit	115	Fatuum quidam ex casu ab alto factus
Erasius an et quatenus Paracelsi scri- pta intelligat	2	Fauni sunt cacodemones diuinitatem mentientes
quo animo ad refutandum Para- celsum accesserit	ibid.	Febris quid
Erasmo Paracelsici obiiciunt quod Pa- racelsum non intelligat	2	Febres extra corpus rigentes singūl- Paracelsi
eremus monstroforum animalium se- rax	164	Febres diuturnæ cur frequenter in coli morbum permuteniur
Eringij radix hydropticis utilis	216	Fedro à Croneburgio male multata-
Esaias propheta quos dieat satyros in ruinis Babylonie saltaturos	265	Feldsiechen cur Germani appellant elephanticos
Ethmoides os odoratusq; instrumen- tum	45	Fellis uescicam sine usu esse quidam somniauit
Eurus colicus uentus à uentriculo descendit	240	D. Ferdinandi imperatoris de Para- celso iudicium
excrementa quæ discutiunt, non sta- tim corpus arefaciunt	289	Ferrum lienis obstrunctiones deob- struit
excrementorum generatio in poda- gre præcautione procuranda	280	Fientia quæ dicantur philosophis, coruq; modi plures
experimenta paroxysmum tollen- tia epilepticum	141	Flatus est aqua attenuata
E		Flatus rerum omnium uiolentissimus
Ebras hydropticis exhibet Paracel- sus	218	Flatus cerebri membranas conuelles causa epilepsie
fabaceus panis hydropticis utilis	218	Flatus generatio est quedam dimi- nuta coctio
faber seu ascendens epilepsie quis- sit	80	Flatus intra tunicas intestinorū col- lecti pertinaces dolores faciunt
facies quamobrem maximè ab ele- phante fœdetur	170	quomodo illuc colligi possint ib. Flatus cur crudelissimos dolores ex- citent
Fallopij opinio de cerebri motu nul- lo	63	Flatus cur in cauitate intestinorum colligantur
Falsa infinita cuilibet uero opponun- tur	5	Flatus non generantur nisi à calore imbe-
Fames multis epilepsie causa fuit	58	

I N D E X.

<i>Imbecilli</i>	202	<i>racelſus</i>	302
<i>Flatus diſcutientia remedia in colicis</i>	246	<i>Gemmarum uires occultas nullas ef-</i>	
		<i>ſe</i>	132
<i>Flatus acrimonia ſua Satyriſin in-</i>		<i>Generum & ſpecierum simplicitas</i>	
<i>ducunt</i>	162	<i>Paracelſici incognita</i>	155
<i>flatuofus hydrops non fit ſine aqua</i>		<i>Germani omnes abſynthite uino de-</i>	
<i>etiam</i>	198	<i>leclantur</i>	212
<i>fragor eſt aeris tonitru apud Para-</i>		<i>Germani raroſ habuerunt olim ele-</i>	
<i>celfum</i>	83	<i>phanticos, at nunc frequentes</i>	175
<i>frictiones in podagra quando uſur-</i>		<i>Glandulae testium cauſe generatio-</i>	
<i>pandæ</i>	275	<i>nis ſpermatis quales</i>	175
<i>frigidæ haſtu plurimi in hydropeſem</i>		<i>Glaucij uſus in podagra</i>	285
<i>inciderunt</i>	204	<i>Gonagræ nomen unde</i>	258
<i>frigefaciēntia per Chemiam præpa-</i>		<i>Grandoſi ulceretur lepra, incurabi-</i>	
<i>rata uires ſuas amittunt</i>	304	<i>lis eſt Paracelſo</i>	190
<i>fumi caput exſiccantes</i>	282	<i>Granagranis quid ſit diabolus neſcit</i>	
<i>furfures lepre ſpecies apud Paracel-</i>		140	
<i>ſum</i>	190	<i>Guaiaci decoctum quando colicis u-</i>	
		<i>tile</i>	250
G		<i>Guaiacini ligni decoctum epilepti-</i>	
<i>Galenus cur dolorem dixerit eſſe ſen-</i>		<i>cis conducentes</i>	182
<i>ſuum ſymptoma</i>	224	<i>Guaiacani ligni potus ut Sudorem</i>	
<i>Galenus laudat appenſiones ſubstan-</i>		<i>prouocet</i>	122
<i>tiarum</i>	133		
<i>Galeni de cauſis epileptiæ ſententia</i>		H	
<i>29. per totum</i>		<i>Hepar pro uaria temperatura ſan-</i>	
<i>Galenici & Paracelſici loci quid diſ-</i>		<i>guinem generat diſsimilem</i>	185
<i>ferant</i>	91	<i>Hepar etiam à calidis refrigerari po-</i>	
<i>Galenici leprofi (de quibus curatis</i>		<i>test</i>	202
<i>ille ſcribit) nondum uerè leprofi</i>		<i>Hepar quomodo ſit affectum in mor-</i>	
<i>erant</i>	181	<i>bo Gallico</i>	175
<i>Gallica ſcabies ſolis purgationibus</i>		<i>Hepar in tympanite minus eſt refri-</i>	
<i>curata ab Eraſto</i>	173	<i>geratum</i>	202
<i>Gallicus morbus ex nouis insulis ad</i>		<i>Hepatis intemperies heclica uix un-</i>	
<i>nos importatus</i>	174	<i>quam curatur</i>	168
<i>poſt trigesimum annum aliquan-</i>		<i>Hepatis intemperies in elephantiasis</i>	
<i>do reſrudeſcit</i>	ibid.	<i>curatione omnium primū eſt tol-</i>	
<i>Ex Gebro ſua remedia tranſtulit Pa-</i>		<i>lenda</i>	184

I N D E X

- Herculeus morbus unde dicatur epilepsia** non causatur ⁴³
 23 **Humores inflammationem in duris partibus facientes suppurantur.**
Hiera picra Galenus epilepsiam curat ⁵⁷
265
humores non bene morborum causa ponuntur Paracelsicis ²⁰
Hieronymi narratio de Satyris & Hippocentauro ¹⁶⁴
Humores quam flatus colicam faciunt tolerabiliorem ²²³
Hippocentauri spectrum Antonio Eremite apparuit ¹⁶⁴
humores frigidi non facile conuulsionem causant ²⁶⁸
an Hippocentaurum erythrus generet dubitat Hieronymus ¹⁶⁴
Hydrargyrum per aures in cerebrum illapsum causa epilepsie fuit ⁵⁸
Hippocratis aphorismi de epilepsia ut sint intelligendi ^{104.105}
Hydrargyrum corporis destillatione mortem subitaneam inducit ²⁶⁹
Hippocratis obscuritas unde orta ⁴
Hydrargyri essentia aquas hydroperorum evanescat ²¹⁷
Hippocratis de dolorum causa sententia ²¹⁸
Hydrops a semine coelesti non a iecoris frigiditate prouenit ²⁰⁵
Hippocratem solum Paracelsici admittere uidentur ²⁶⁶
hydrops quid sit Paracelso ²⁰⁵
Hispaniae regis Satyri an ueri fuerint ¹⁶⁷
hydrops aut fiens aut factus ²⁰⁵
quis sit insanibilis ^{ibid.}
Homines sine mare & foemina facere possunt Paracelsici ¹⁵⁷
hydrops ex quibus insanibilis uel insanibilis iudicandus ²⁰⁴
homines absq; foemina generaturum se profectus est Paracelsus ¹³
hydrops epatis affectus est proprius ut epilepsia cerebri ²⁰⁵
homunculus est Paracelsica epilepsia ⁷⁹
hydrops fit a uitiata corporis concoctione ¹⁹⁸
homunculus Paracelsi pedes, manus, artus &c. habet ⁸²
hydrops annuus curatus ²¹⁰
Humor in paroxysmis epilepticorum ex ore effluens quis sit ⁵⁵
hydrops siccus hypocritas ²⁰²
humor melancholicus causa & effectus est elephantis ¹⁷⁵
hydrops symptomata ¹⁹⁹
humor podagræ curmisius fit ²⁶²
hydrops nomen quid significet ¹⁹⁸
humoris pueritios in podagra a capite descensus causa ²⁶³
hydrops morbi definitio ²⁰⁰
ab humore crasso, quatenus obstruit, ²⁰¹
hydropem curatum non reuerti Paracelso creditit ²¹⁸
hydropem quomodo calida pariant in hydrope curatiue indicationes ^{guæ}

I N D E X.

- | | | | |
|---|-----|--|-----|
| Quænam sunt ex hydropico quæ interroganda ante curationis auspicationem | 207 | tionem quod sit | 65 |
| hydropici ob sanguinis paucitatem parum mingunt | 205 | Instrumentum actionum principum | 37 |
| hydropici cur non podagram sentiant, pedibus tamen tumentibus | 265 | Instrumenti alteratio ad sensitionem est necessaria | 47 |
| hydropicorum dieta iuxta Paracelsum | 218 | Instrumentales nudæ actiones quænam dicantur | 32 |
| hydropicis quis uictus prescribens | 216 | Intemperies sola graues dolores facere non potest | 223 |
| ex Hyperico antidotius usus | 286 | Intemperies sine causarum sublatione non tollitur | 207 |
| Hyposarcha hydrops quam Ascites curatu facilior | 203 | Interlunio nati epilepsie obnoxij sunt | 23 |
| I | | Iohannes à Leippa podagricus effetus à Paracelso | 159 |
| Idola rerū in spiritu recipi uertiginis exemplo demonstratur | 38 | Ioan. Cratonis de Paracelsicis remedijs iudicium | 300 |
| lecur externum Paracelso | 158 | Ioannis à Zeyrotin Baronis uxor à Paracelso epileptica facta | 159 |
| lecur sanguinis principium est | 172 | ob iram multi in epilepsiam incidunt | 58 |
| lecur hydropem non producit Paracelso | 205 | Iridis radix in Ascite probatur Eresto | 213 |
| lecur sensu naturali noxia percipit | 67 | Itali infantibus ceruicem cauterisant in epilepsia | 230 |
| lecoris calida sicca intemperies unicolummodo est | 175 | Italia Pompej magni tempore primum Elephantiasin agnouit | 175 |
| Mlaester hydropis | 205 | Iudeis cur interdictū cum menstruatis concubere | 176 |
| Mlastrum quid | 83 | Iuniperi granorum specificum praferuat à lepra | 192 |
| Incubos pro Satyris coluit antiquitas | 164 | L | |
| Indici ligni decoctum epilepticis exhibendum | 121 | D. Langij aquæ pro epilepticis descriptio | 124 |
| In infinitum actu nullum dari Aristoteles afferuit | 45 | Lapidis philosophorū uirtutes mirificæ | 157 |
| Insomnium est delirij quedam soboles | 94 | Laudanum Parac. quid Basileæ præ- | |
| Inspiratio quomodo efficiat odora- | | T 2 | |

I N D E X.

- | | | |
|---|-------|--|
| <i>fitterit</i> | 213 | <i>Loci Galenici à Paracelsis quid dif-</i> |
| <i>Lentes hydropticis exhibet Paracel-</i> | | <i>ferant</i> |
| <i>sus</i> | 218 | <i>Locorum mutatio epilepticos pue-</i> |
| <i>Leontiasis dicta quibusdam elephan-</i> | | <i>ros curat</i> |
| <i>tiasis</i> | 161 | <i>Loquendum ut multi, sentiendum ut</i> |
| <i>Lepra Iudeorum similis fuit Leuce</i> | | <i>pauci</i> |
| <i>Græcorum</i> | 177 | <i>Lucianus in uera historia Paracel-</i> |
| <i>nigræ solū in capite & barba ru-</i> | | <i>sicis uerisimiliora dicit</i> |
| <i>bra in caluitio</i> | ibid. | <i>Luna à Sole lumen suum mutuat</i> |
| <i>Lepra innata Paracelsi</i> | 183 | |
| <i>Lepra Iudaica non erat contagiosa</i> | 178 | <i>Lunatici morbi appellatio unde or-</i> |
| <i>Lepra Græcorum est tantum cutis</i> | | <i>ta</i> |
| <i>affectio</i> | 162 | <i>Lusitanis Africa notior est quam o-</i> |
| <i>Lepra Moïsis an sit idem morbus cū</i> | | <i>lim Romanis fuerit</i> |
| <i>elephante</i> | 177 | <i>Luxationis facilis & difficilis causa</i> |
| <i>Lepra plurimæ species apud Para-</i> | | <i>corporis habitus</i> |
| <i>celsum</i> | 183 | <i>Lyncis ungula usus in epilepsia</i> |
| <i>Leprosi balsamo destituuntur</i> | 183 | |
| <i>Leuce difficulter curatur</i> | 190 | <i>M</i> |
| <i>Leuce affectionis cutaneæ descri-</i> | | <i>Magie studiosi Paracelsi sectato-</i> |
| <i>ptio</i> | 177 | <i>res</i> |
| <i>Leucophlegmatia tympanite est pe-</i> | | <i>à Magis petenda epilepsie curatio</i> |
| <i>riculosior, ascite tuitior</i> | 203 | |
| <i>Libros suos Cormaniæ relinquit P4</i> | | <i>140</i> |
| <i>racelsus</i> | 160 | <i>Magnes trahit substantiam non qua-</i> |
| <i>Lien sensu naturali noxia percipit</i> | | <i>litatem</i> |
| <i>67</i> | | <i>132</i> |
| <i>Lienis obstructio quomodo elephan-</i> | | <i>malum mortuum sub lepra contine-</i> |
| <i>tem pariat</i> | 171 | <i>tur Paracelso</i> |
| <i>Ligatura in podagra quando usur-</i> | | <i>190</i> |
| <i>pande</i> | 176 | <i>mania fit ab Hydrargyro sublimata</i> |
| <i>Lingua una quam alia cur dicatur</i> | | |
| <i>preferior</i> | 5 | <i>269</i> |
| <i>Liquor margaritarum præseruat à</i> | | <i>Marina cum sanguine se resoluit</i> |
| <i>lepra</i> | 192 | |
| <i>Locum quid uocent Paracelsi</i> | 87 | <i>148</i> |
| | | <i>manus folias ex colico morbo resolu-</i> |
| | | <i>tas habentes ab Erasto curati</i> |
| | | <i>157</i> |
| | | <i>à Manibus incipiens epilepsia curat</i> |
| | | <i>curatu facilitior</i> |
| | | <i>111</i> |
| | | <i>marrubium ex uino mulso colicis</i> |
| | | <i>conue-</i> |

I N D E X.

<i>conuenit</i>	246	<i>spiritu animali</i>	48
<i>Martis tinctura seu croci summa siccitas</i>	217	<i>membra hydropticorum aqua ex cœlo detrahunt</i>	206
<i>materiam astris microcosmi subtrahere medicum opor et</i>	139	<i>membranam interiores uentriculos cerebri uestiens Pigafetta ostendit</i>	67
<i>medicina ubiq; & semper usum ex dignitate tuerit</i>	14	<i>membrane cerebri non sunt instrumentum ratiocinationis</i>	28
<i>medici opera cur imploreter ab ægris, & à quibus consulatur</i>	94	<i>membrane excidi possunt ex cerebro nullius actionis incommodo</i>	
<i>medici epilepsiam methodo curaturi ratiocinatio</i>	106	<i>membranarum usus præcipuus, ut uestiant cerebrum & nervos</i>	28
<i>medici quinam optimè current</i>	127	<i>membrum hæ usus</i>	288
<i>medici ferè omnes aliquos epilepticos sanauerunt</i>	104	<i>meninx tenuior à nervis non potest separari</i>	29
<i>medici cur uelint esse chemiste</i>	11	<i>mensibus adhuc fluentibus concepit in elephantem sunt proclives</i>	176
<i>medicorum differentiam facit occasio utendi remedij</i>	126	<i>menstruatam mulierem accedens legaliter polluitur</i>	179
<i>medicamenta Paracelsi quomodo nova sint & dicantur</i>	302	<i>Mentagræ nomen unde</i>	258
<i>medicamenta purificaturus ad quem scopum respicere debeat</i>	304	<i>menthæ decoctum colicis utile</i>	246
<i>medicamenta acria & erodentia faciunt intestinorum dolores</i>	231	<i>Mercurius præcipitatus causa podagra est Paracelso</i>	269
<i>medicamentis fortibus in curationis initio quandoq; utendum</i>	114	<i>aquam inter cutem educit Paracelso</i>	217
<i>melancholia morbus sub epilepsia continetur</i>	19	<i>mercurius sublimatus noxiū remedium</i>	11
<i>melancholicus humor resiccatus causa elephantiasis</i>	162	<i>mercurij solis drac. ij. centum flor. uenduntur</i>	301
<i>melancholicus humor solus fuscum colorem suscitare potest</i>	169	<i>mercurio omnes morbos curare uoluit Paracelsus</i>	302
<i>Melancholici cur non omnes siant elephantici</i>	171	<i>mercuriū præcipitatū noxiū esse remedium Paracelsus ipsemēt prodidit</i>	220
<i>melancholicorum symptomata</i>	88	<i>metalla omnia ex aqua generari Paracelsi sentiunt</i>	150
<i>Melisse specificum præseruat à lepra</i>	292		
<i>membra epilepticorum non carent</i>			

I D D E X.

<i>Metallica causa lepræ esse posunt</i>	<i>Morborum stata symptomata unde orientur</i>	88
183		
<i>Metaphora orationem dilucidam redit</i>	<i>morborum quorundam domicilia sunt humores</i>	20
6		
<i>Mithridatij usus in epilepsia in colica</i>	<i>morbos Paracelsus appellat morbo- rum causas</i>	240
108		
246		
<i>Monstrum esse & definitæ speciei indiuiduum esse differunt</i>	<i>à Morbis liberari nemo cupit iuxta Paracelsicos</i>	95
162		
<i>Monstrū Salisburgense Satyro hor- ribilis</i>	<i>Motus quomodo fiat</i>	48
162		
<i>Montani obseruationes in uertigine epilepsie simili</i>	<i>motus membranis rectius quam me- dullis rectius tribuitur</i>	32
51		
<i>Morbillorum causa occulta atq; ma- ligna existit</i>	<i>motus quam sensus plus spirituum re- quirit</i>	42
62		
<i>Morbus uniuersalis nullus datur</i>	<i>motus epilepticorum interrupti à qua causa concidentur</i>	62
127		
<i>Morbus qui epilepticas conuulsiones facit, nomine caret</i>	<i>motu noxia à se arcente omnes par- tes corporis sunt donatae</i>	67
63		
<i>morbus unus alteri causam præbere potest</i>	<i>muco perpetuo scatent articulorum cauitates</i>	267
54		
<i>morbi nullius ortus impediri potest iuxta Parac.</i>	<i>Mumia uirtus ab Arabibus tanto- perè commendata</i>	135
154		
<i>in Morbo pertinaci quid agendum medico</i>	<i>mumia vulgaris usum diabolus ex- cogitauit</i>	134
128		
<i>Morbi repentina omnes à materia excitantur</i>	<i>mundum æternum creditit Aristoteles</i>	48
73		
<i>morbi duplices, alij aperti alij laten- tes, ut epilepsia</i>	<i>Muralti uinum medicatum prohy- dropicis</i>	214
106		
<i>morbi non abolentur per separatio- nes</i>	<i>Musculorum motus actio est purem- strumentalis</i>	32
150		
<i>morbi curantur subtractione mate- riae, ne in illam agat astrum</i>	<i>Myrabolanorum Chebulorum con- ditorum usus</i>	122
150		
<i>morbi à suis seminibus quatenus dif- ferant</i>	<i>Myristicarum nucum in India condi- tarum usus</i>	216
142		
<i>morborum præcaudorum ratio à quibus potissimum consistit</i>	<i>Myristicarum nucum conditarum u- sus in roborando capite</i>	122
108		
<i>morborum omnium quatuor monar- che</i>	N	
19	<i>à Natiuitate multi partus inæquali- ter</i>	

I N D E :

ter temperatas habent	279	Paracelsi	3
Natura in magnis periculis alacrius pugnat	102	Numen Epilepsiam immittens an- tiquitus creditum	22
Natura nullum perfectum remedium gignit Paracelso	146	Nutritio actio resa non est	33
Natura in aduersis est fidelissima au- xiliatrix	99	Nymphae aquatice Cacodemones sunt diuinitatem mentientes	163
Natura in curandis ulceribus omnia tribuit Paracelsus, Paracelsi ni- bil	103	O	
Naturam corporis nostri incorru- ptibilem reddi arte medica posse Paracelso affirmauit	96	Obscurè loquentium quinque gene- ra	10
Naturam stolidam faciunt Paracel- isci	102	Obscura in obscuro sinenda	9
Naturas esse morborum medicatri- ces quomodo dixerit Hippocra- tes	93	obscuritas sermonis affectata sum- mum in oratione uitium	9
Nazianzeni de Appensis seu Amu- letis dictum	134	obstructio alui in colicis est frequens	249
à Necromanticis petenda epilepsia curatio	140	Obstructione nulla laborant sternu- tantes	50
Nephritis & podagra morbi fini- timi	283	Occasio in arte medica ex quib. con- iectanda	126
Nerui in quem usum destinati	31	occulta ui nullum medicamentum morbos curat	132
Nerui cerebro non continuati non sentiunt	38	odorari nemo potest sine inspiratio- ne	65
Nomina omnibus rebus nō dum sunt imposita	63	œdema cum dolorificis morbis simi- le nihil habet	272
Nomina nouata & tartarea Para- celsi non curat Erastus	2	oleum præcauet tartari adhæsiones	253
Nomina nihil significantia apud ma- gos pactorum diabolicorum sunt signa	11	sicq; dolores colicos	ibid.
Nominibus utitur Paracelsus non si- gnificantibus	8	oleum terebinthinæ colicis utile	252
Nouatores immerito uideri uolunt		oleum pro colicis	252
		olea ex aromatis & calidis herbis co- licæ utilia	250
		Opium in clysteribus injicit Erastus in colica	249
		oratio non significans non est ora- tio	8
		oratio Paracelsi omnibus obscurita- tis uitüs laborat	8

I N D E X

- O**ratio inusitatis uocabulis obscura redditur 6
 Oratio laudabilissima quænam sit 4
 Oratio à Deo cur hominibus sit con-cessa 4
 Orationis Paracelsice dignitas & constantia 146
 orationem perspicuum reddunt uoces propriae & usitatæ 6
 oratione breui & ob id obscura qui sunt usi 4
 Orthophilus Marolt medicus Hennbergensium principum 222
 officulum crani humani remedium epilepsie 240
 officuli in cranio humano inuenti fabula Paracelsi 235
 ouillas carnes insciæ deuorantes in mortis periculum deuenerunt 68
- P**
- Potomæ semen remedium epilepsie 240
 potestate habet astra coercendi 240
 palma contra pondus sursum nitetur 101
 palpitationis cordis est species epilepsie Paracelso 81
 Panas agrorum dæmonum esse specie 163
 Paracelsus omnia ferè amens scripsit 2
 papillæ cerebri odoratus instrumentum 65
 Paracelsus ex Heluetia in Boemiam euocatus male curat generosos Barones 159
- Paracelsus profugus in Vngariam abit 159
 Paracelsus cum Iudeis conuersari so- litus 160
 Paracelsus cur subinde locum mutauerit 14
 Paracelsus dum Erastus scribit pa- tronum nullum nanciscitur 1
 cur morbos nonnunquam uoces homunculos 96
 omnium uitiosè scribentium mo- res imitatus est 13
 cum doctoribus conuersari noluit 160
 nullum hydropticum arte curauit 218
- Paracelsi incredibilis arrogatia 19
 pharmaca miraculose attrahen- tia & adstringentia 239
 Paracelsi pharmaca cur tanto plau- su recipiantur 301
 tria prima res una sunt 272
 remedia sunt ipso antiquiora 300
 pharmaca ex Chemicorum for- naculis prodierunt 302
 Paracelsius epilepticus nollet se sa- num esse 161
- Paracelsici immanes homicidae 17
 Paracelsici medici per metamorpho- sin ex Chemistis extiterunt 12
 Paracelsici quibus de causis obscuri- tatem affectent 8
 semper mendaces 154
 quidquid scribant sunt in dupli- citio 103
 cur hactenus contra Erastum nil scripserunt 1
- Paracelsus

I N D E X.

Paracelsi si quid boni scirent ta-		
cituri non essent	12	
cur apud locupletes sint in aliqua		
opinione	195	
Paracelsorum execrabilia remedia		
ex hominum partibus & excre-		
mentis	135	
Paracelsorum contradictiones ali-		
quot	153	
Paracelsorum & veterum in pur-		
gando discrimen	115	
Paracelsica remedia omnia à mona-		
cho quodam ante ducentos annos		
Vlmæ conscripta	300	
Paracelsicæ orationis & doctrinæ		
quædam peculiaria	15	
Paralysis sub epilepsia continetur	19	
Paracelso est epilepsia species	82	
raro epilepsiam sequitur	53	
Paralysi detenti à qua causa motum		
impeditum habeant	49	
Pareos membrorum in colicis cau-		
se iuxta Paracelsum	242	
de Parei qui potissimum colici peri-		
cliententur	237	
Parei membrorum qui colici corr-		
piantur	236	
Paroxismus epilepticus ex chao pro-		
dit Paracelso	82	
Paroxysmus epilepticus totas horas		
24. perdurans in uirgine	25	
obseruatione dignus	26	
in Paroxysmo podagra repellentia		
raro usurpantur	274	
Paroxysmos epilepticos planetæ ef-		
ficiunt	81	
Partes frigidae pus non facile gene-		
rant		168
partium dispositione illa sa nō po-		
test actio lesa esse		27
Paſulae purgatoria quomodo sint		
conficiendæ		119
pedum imbecillitas in quo maximè		
consistat		266
à pedibus uel manibus orta epilepsia		
facilimè curatur		104
Pedibus quando roborantia sint im-		
ponenda		284
Pentaphylli radicis decoctum sudo-		
res mouet		122
folia 30. diebus comesta comitia-		
les sanant		122
Persepicuitas summa uirtus orationis		
cjt Galeno		6
Pharmacum Paracelsi miraculosè at-		
trahens		133
Pharmacum aquas purgans Placen-		
tini		213
Pharmacum cur partem unam cete-		
ris magis minusue afficiat		149
Pharmacis cur fictitia nomina im-		
ponantur		222
Philippi Melanchthonis iudicium de		
Satyris regis Hispaniarum		168
Phrenitis fit ab hydrargyro subli-		
mato		269
Phthisici uerè aliquando curantur		
210		
Pituita coctione in sanguinem mu-		
tatur		203
Pituita est soboles coctionis immi-		
nute		202
Plinius de Satyris in Africa suspecte		
fidei est		163

I N D E X.

- Plantago epilepsie remed. 140 in Podagra curanda indicationes
 Podagra quomodo ab arthritide dif- 274
 ferat 258 à Podagra qui articuli tutores sint
 est morbus instrumentalis 246 267
 Podagra quid sit 259 podagrifica inflammatio suppurrans
 Podagra ex aquosa pituita frequens 266 non consuevit 265
 est 261 podagrificus quidam nobilis ab Helm-
 non appellatus tumor articul- stat sine omnirubore 262
 prius quam repetierit 260 podagrifici pectus & viscera admittunt
 morbus est tartareus 297 robusta habent 266
 Podagrica curatio 273 podagrifici pulueres qua ratione ca-
 in quibus consistat ibidem putiuent 292
 curandæ rationem amplissimè tra- 274 Podagrifici ab Erasto duo, ab Andrea
 Et aut Paracelsus 258 Perusino multi curati 277
 curatio non est impossibilis 277 Podagrifici cur non conuulsione cor-
 Podagrica & epilepsia quietis ratio ripiantur 268
 diuersa 273 cur tam rari percurrentur 279
 Podagrica humor cur non suppurret nonnulli solius uini abstinentia cu-
 268 rati 281
 generatio quomodo fiat 263 nonnulli ex haustu theriacæ libe-
 quatenus frigidæ et calidæ dicar- rati 286
 tur 272 podagrifici cur uinum noxiun esse
 materia, quâferatur à capite ad putetur 281
 pedes 265 pollutio duplex 179
 de Podagrica ortu & causa Paracel- Polypodium cum cibis exhibuit Gd.
 sico um sententia 270 lenus 121
 Podagrica species 78. iuxta Parac. 269 Pomponij Melæ de Satyris & Fa-
 quis oculi affectus 259 nis narratio 161
 curatio iuxta Parac. 293 precipitato saltè mercurio usus Pa-
 materia in uenas non est repel- racelsus 302
 lenda 274 Proprietates quarumlibet rerū sub-
 Podagram que pars corporis potis- stantiam comitantur 29
 simū generet 260 proprietates substancialium à tempe-
 Podagrica ex capite laborantibus ui- ramenti proprietate oriuntur 32
 num est innicissimum 281 proprietatum perpetuo inhærentium
 cur alijs alij facilius corripiantur 267 definitio 24
 Pruna purgantia quomodo sint con- ficienda

I N D E X

- ficienda 119
 Prunorū flores hydropticis utiles 212
 pruritus lepræ species Par. 190
 pueri humidiores epilepsia sunt ob-
 noxii 22
 pueri & puella post paucos paro-
 xymos ab epilepsia liberati 158
 pueri raro apoplectici sunt 62
 Pulueris Louis desirptio & usus 290
 Pulueres podagrī an capitī intem-
 periem corrīgant 291
 pulueribus podagrīcī quidam pur-
 gantia miscent 292
 purgatio frequens tollit nonnunquam
 epilepsiam 210
 purgatio in epilepticis interdum ul-
 tra quatuor menses continuanda
 115
 purgationes elephanticis frequentes
 cur utiles sint 187
 purgationes quam diu continuande
 in podagra 283
 crebræ quando sint podagrīcī u-
 tiles 282
 purgatoriū uini formula 119
 claretii 118
 purgatoriō sales cum cibis exhibuē-
 re antiqui 120
 purgantia Paracelso solum stercore
 uacuant 147
 purgantia medicamenta quomodo
 flatus excludant 246
 purgantia an cum cibis misceri pos-
 sint aut debeat 120
 mitiora uentriculum non debili-
 tant 116
 quaratione à morbis liberent 101
- Purgantibus maximè confidit in po-
 dagra Hippocrates 291
 purgantibus fortibus cur non sepe
 utendum 119
 putredo non est elephantiasis, ut ait
 Paracelsus 184
- Q*
- Qualitas uenenata an absq; substan-
 tia ad caput attolli possit 130
 Qualitas membrorum praua etiam
 bonos succos corrumpit 145
 Qualitates uitales non sunt dolorum
 cause 230
 Quercinus uiscus est fructus terre-
 147
 Quercini uisci decoctum epilepticis
 conducit 122
 Quinquefolij radicis decoctū sudo-
 res mouet 122
 Quietis in podagra & epilepsia non
 est eadem ratio 273
- R*
- Radix eadem in locis diuersis fouert
 nequit 88
 Radicem morbi euellere an fructus
 decerpere præstet 96
 radices morborum cadavera non con-
 uellunt 100
 radices morborum Paracelsicæ non
 sunt separabiles 89
 radices quorundam morborum erui
 non possunt 96
 Ratio in cerebro tanquam Sol o-
 mnes partes illuminat 46
 ratiocinatio non est actio purè simi-
 laris 33
 ratiocinari quid sit 29

I N D E X.

- Refrigerari epar solet non solum ab
 actu frigidis 201
 Relollaci dolores Paracelsicorum
 qui 229
 Remedium uniuersale totius mundi
 uitia expurgat 256
 Remedias sunt generalia quemad-
 modum morbi sunt generales 155
 Remedia principiò motus omnino
 carent 149
 Remedia natura sapientiora faciunt
 Paracelsici 99
 Remedias omnia arte chemica perfi-
 ci neceſſe habent 146
 Remediorum Paracel.natura 160
 Renes sensu naturali noxia percipi-
 piunt 67
 in homine sine uisu esse Paracelsi-
 ci somniant 158
 Resolutio quamobrem colicos dolo-
 res excipiat 236
 Resolutos propter coli dolores cu-
 randi ratio 256
 Reuelium uinum Euri colici reme-
 dium 252
 Reuelentia in paroxysmis epilepti-
 cis usurpanda 107
 Rhabarbari excellens usus in hydro-
 pe 213
 Rhabarbarum quid 148
 Rondeletij catapotia pro colicis su-
 specta Erasto 248
 de paroxysmis epilepticorum bre-
 uibus iudicium 55
 Rutæ odore epileptici excitantur 59
 S
 Sacer morbus cur dicatur epilepsiazz
- Salin hydropicis siderum uirtute in
 aquam resoluitur 205
 Saluum species 78. Par.cognouit 269
 Sambuci cortex aquam dicit 212
 Sanguis pro hepatis temperie uaria
 uarius generatur 185
 sine parenchymate in uenis non
 generatur 172
 sanguinis generatio qualis sit actio
 201
 Sanguinis essentia præseruat à lepra
 192
 in Sanguinis sputo stulte exhibetur
 mumia 134
 Sanguificationis corruptæ causa fri-
 gida & humida intemperies 199
 Santis Ardoini liber de uenenis 253
 Saternoſa Boreæ colici remediu 252
 Saturni dulcor ad omnes hydropes
 utilis 218
 Satyri asin quidam elephantiasin ap-
 pellant 161
 Satyrus ad Syllam in Thessalia addu-
 ctus 167
 Satyri deos se esse mentiti hominib.
 apparentes 162
 Satyri comites Bacchi nominati 166
 apud Esiam prophetam qui sunt
 168
 nulli sunt in rerum natura 162
 in libidinem proni 162
 Satyris præter figuram nil humani
 tribuit Plinius 163
 Sauanarolæ histor. de facto fatuo 37
 Scabies lepræ species Paracelso 190
 Sceptici Paracelsicis multò melio-
 res 9
 Scin-

I N D E X.

- | | | | |
|---|-----|---|-----|
| <i>Scintheria Epilepsia species</i> | 82 | <i>Tartarus ciborum non separatus fit</i> | |
| <i>Stimmi remed. epilepsie</i> | 140 | <i>causa colica</i> | 242 |
| <i>Stupefacientium usus quando con-</i> | | <i>Tartari aquæ usus</i> | 252 |
| <i>ferat colicis</i> | 244 | <i>Tartaream medicinam exercere qui-</i> | |
| <i>Substantiarum appensiones Galen.</i> | | <i>nam idonei sint</i> | 298 |
| <i>commendavit</i> | 133 | | |
| <i>Succus in corpore redundans in fa-</i> | | <i>Tatiani Assyrij de Amuletis senten-</i> | |
| <i>cie maximè efflorescit</i> | 170 | <i>tia</i> | 332 |
| <i>Succi iridis modus exhibendi Erasti</i> | | <i>temperie cerebri constitutio pro-</i> | |
| | 211 | <i>ppter duo necessaria</i> | 34 |
| <i>Sudorifica euacuatio quibus epile-</i> | | <i>temperamento lœso cur actiones in-</i> | |
| <i>pticis conueniat</i> | 121 | <i>strumentales lœdantur</i> | 34 |
| <i>Suffocatio matricis Paracelso est spe-</i> | | <i>tentigo fit à flatibus acrisibus</i> | 162 |
| <i>cies epilepsie</i> | 82 | <i>Terebinthina colicis utiliter exhibe-</i> | |
| <i>Sulphur cum ascendentे, non autem</i> | | <i>tur</i> | 245 |
| <i>humor est epilepsie causa</i> | 80 | <i>Tereniaben quid apud Parac.</i> | 192 |
| <i>Sulphur in Synouia accensum est po-</i> | | <i>Tetanus species est epilepsie</i> | 82 |
| <i>dagra</i> | 269 | <i>D. Theod. Zwinggerus de curatio-</i> | |
| <i>Sunderfiechen Germanis dicuntur</i> | | <i>nibus Paracelsicis</i> | 253 |
| <i>Elephantici</i> | 162 | <i>Theophrasti Magni (non Paracelsi)</i> | |
| <i>Syluani sunt cacodæmones diuinita-</i> | | <i>de Amuletis iudicium</i> | 134 |
| <i>tem mentientes</i> | 163 | <i>Theriaca quomodo proſit podagrī-</i> | |
| <i>Syncope interdum cū epilepsia con-</i> | | <i>cis</i> | 288 |
| <i>iungitur</i> | 54 | <i>semper miscenda cauſticis</i> | 113 |
| <i>Syncope species epilepsie est</i> | 82 | <i>theriacæ usus in colica</i> | 246 |
| <i>Synopen pro epilepsia curant Para-</i> | | <i>usus in epilepsia</i> | 108 |
| <i>celſci</i> | 191 | <i>theriacam quotidie sumptit Anonius</i> | |
| <i>Synouia est crudus & serosus humor</i> | | <i>Imperator</i> | 286 |
| | 271 | <i>Tincture Paracelsi quomodo cor-</i> | |
| <i>Synouia Paracelso est locus affectus</i> | | <i>pus perreptent</i> | 151 |
| <i>in podagra</i> | 269 | <i>tincturas alij differre alij non aſſe-</i> | |
| <i>Syphita morbus species epilepsie Pa-</i> | | <i>runt</i> | 153 |
| <i>racelſo</i> | 81 | <i>Tutyrū deorum ministri</i> | 167 |
| | | <i>Tonitru est sonus in nubibus ab igne</i> | |
| | | <i>extincto</i> | 71 |
| | | <i>tonitrua singulorum elementorum</i> | |
| | | <i>que ſint Paracelſo</i> | 80 |
| | | <i>tonitrus impendentia que præcauet</i> | |

I N D E X.

eae epilepsiam curant	139	materialibus parum differt	44
Tragea pro epilepticis	123	Venæ cerebri non possunt esse causa	
trahentia occulte non trahunt emi-		ratiocinationis	28
nus	132	uenæ sectio quamobrem epilepticis	
Trallianus Armenio lapide felicissi-		sit adhibenda	122
mè usus	115	uenæ sectio in paroxysmo podagri-	
trochisci è uipera sine usu Elephanti-		co raro prodest	275
co exhibiti ab Erasto	182	uenas extremas secare cur conserat	
trochisci Iohannis Langij pro epile-		elephantiasi	187
pticis	125	Ventriculus remotior causa poda-	
Tumor siccus & factus quid, & ut		græ esse potest	262
differant	274	Ventriculus sensu gustus cum careat,	
turpeti in uino dilutum hydropicis		tamè medicamentorum maligni-	
exhibit Parac.	218	tatem discernit	66
turpetum minerale uenenosum re-		uentriculus à leuiter purgantib. non	
medium	158	debilitatur	116
Tympanites rarius quam reliqua hy-		uetnriculoru cerebri capacitas cras-	
dropes accidit	203	sum humorem epilepsiam causa-	
tympanites ut à reliquis hydropis		re ostendit	40
speciebus differat	198	uentricularum cerebri pars interior	
tympanites puerorum	199	sentit	69
quam causam habeat	200	uentriculos cerebri sentire Galenus	
hydropis species tutissima	203	non negat	66
V		Verbis inusitatibus utuntur Paracelsi	
Vacuationes nimis quomodo epar			
refrigerent	201	Veritas cuiusq; rei unica at multis fal-	
Valeriana specificum preseruat à		fitatibus stipata	3
lepra	192	Verrillis & Granagranis Paracelsi-	
Vapor subtilissimus quomodo poscit		cauocabula ignota	140
cerebri sinus obstruere	40	uertigo sub epilepsia continetur Pa-	
Vapor frigidus & siccus Erasto facit		racelscis	19
catalepsin	74	uertigo Paracelso est species epile-	
Vapor stupefaciens & mordicans ut		psie	62
sulfur Chalcanti est causa epile-		uertigo affectio est epilepsia proxi-	
psie Paracelso	81	ma	51
Vapor usus in resolutis	257	uertiginem ulementiorem paruam	
Vegetatrix anima à uulgatis formis		epilepsiam nonnulli dicunt	51
		in uer-	

I N D E X.

in uertigine spiritus rotantur	38	lepsie	146
uertiginosi nulla obstructione cere- bri laborant	51	uisci quercini decoctum sudores mo- uet	122
uertiginosi cur rerum species in cir- culum ferri potent	38	uiscera plus agunt quam patientur	189
uesciculam aliquam ruptam epilepsie causam facit Paracelsus	84	uiscera partes spiritales appellantur	138
uesicatoria cervici admoenda in ex- tra paroxysmos epilepticorum	108	uiscerum morbi in artibus se primū produnt	170
uexationum liber quo intento scri- psit à Paracelso	17	uitam hominis ad finem mundi pro- duci posse somniant Paracelsi	157
Victus ratio immutata epilepticis u- tilis existit	104	Vitiliges difficulter curantur	190
victus ratio podagricorum	281	uitrum antimonij charactere expri- munt chemici	21
victus ratio epilepticis qualis sit pre- scribenda	112	utriolum è censu corporum eximūt	
Vinum medicatum Muralti pro hy- dropicis	214	Paracelsi	87
aliud Erasti	ibidem	ulcerum quædam remedia bona di- lucide proposuit Paracelsus	14
uinum stillatitium solida non citò sic penetrat ut humida	151	ulcerum sordes curationem impe- diunt eorum	208
uinum cur obfit podagrīcī	281	umbilici inunctione iuantur crlici	251
uinum purgatorium Erasti	119	Vndimia est alumen resolutum	206
uinum epilepticis non temerè dan- dum	117	Vndimia Paracelso est Leucophleg- matia	206
uina generosa epilepticis sunt noxia	212	Vndimiam Barbari uocant Oedema	206
Viperas coctas sine usu decuorant e- lephantici	182	unum quot modis alicuius rei pars dicatur	226
Virgo uterino hepate laborare uisa	197	unitas quomodo à continuitate dif- ferat	226
uires rerum que impediunt, ea non etiam statim tollunt	131	unitas partium duplex	226
de uiribus medicamentorum tracta- tus difficultis cur	299	uocis priuatio à colico dolore leth- alis	233
uiscus quercinus remedium epi-		uolatilitates sole astris imperant	140

I N D E X

- D. Volcheri sententia, quod cere-
brum non moueatur 63
Vomitus an epilepticis conferat 130
Vrina cur in hydropicis pauca 205
Vrinam prouocantia an podagricis
conueniant 283
Vrticæ semen cibis commiscuit Ga-
lenus 129
Vterinus hydrops in uirgine uisus ab
Erasto 199
- Vuestphali nobilis ab epilepsia libe-
rati historia 105
Vuieri scripti de prestigijs dæmo-
num commendatio 121
- Z
- Zedos stella aquam hydropicorum
cœlitus demittit 217.219
Zephyrus colicus à recto intestino
sursum fertur 240
Zibetum Austri colici remedium 272

E I N I S.

qua si aliam aliquam rebus
naturam palliare sicut actionem
pedimentorum ob inclinationem et
inclusus. aut clavis fuit de
cussus quam sunt in eis. tunc a
mutari motus musculorum
cum interdatur. que debentur
aut destrutur. et si sit sollicitum
tamen impedimenti quae possit
est nemus. **P**remittitur nam
nam si remanserit integrum exat-
tag. et causa huius impedimenti
non apparet in eis. et nichil mo-
uetur neque semper. et cum huius in-
firmitatis curiae fiant. per
eis medicinae quo possumus ap-
iri decti. sed credo. et si sit me-
dicamenta que prouidant decti.
fus membra. et quippe ipsas
clavinas restituimus ad eas in-
tra sensu atque motu. si de his
lunulae curatione ipsa possit
inclusus. non obstat. ut
inclusus. non obstat.

